





Textus Sallustij cū adnotationibus



Caij Crispi Sallustij Oratoris lōge pstātissimi de cōiuratiōe Catilinæ, & de bello Iugurthino liber recognitus, atq; ob omnibus mēdis tersus. Vnacū crebris annotatiūculis textus materiā enucleātibus in marginib⁹ a Ludouico de bosco in artibus professore nuper additis auspicato incipitur. Adiectæ sunt insuper Historiæ omnē totius libri materiā comprehendentes.

Eiusdem oratio cōtra M.T.Ciceronem.

M.T.Ciceronis oratio contra Caium Crispū Sallustium.

Eiusdē orōnes quatuor cōtra Luciū Catilinā.

Orationes quędam ex libris historiarū Caij Crispi Sallustij.

Additę sunt nuperrime cōplures Adnotatiōes Iacobi a cruce bononiensis, aliæ insuper nunq; hactenus excusæ, quas a priorib⁹ hoc *signo q; facillime nosces.

Hic erit, vt perhibent doctorū corda virorū
Primus romana Crispus in historia.



Cuy aun dialectica cæsaris 8 ʃ anno 1545



ALDVS PIVS MAN. BARTHOLOMEO LIVIANO VENETARVM COPIA RVM GVBERNATORI ROMANAEq́ꝫ MILITIAE INSTAVRATORI. S.P.D.



Sallustij materia q̄ est de catilinaria cõiuratiõe q̄ catilina nobilis romanꝰ fuit Sed vitijs refertꝰ et de bello iugurthino dicto a rege iugurtha: q̄ fuit a mario cõsule romano subiugatus: tri



CAij Crispi Sallustij de cõiuratione Catilinæ, & de bello Iugurthino: duo antiq̄ss. exemplaria e Lutetia Parisiorꝝ Ioannes Lascaris, qui superioribꝰ annis egit apud Venetos legatũ Regium, & Iocundus Veronensis viri bonarum literarum studiosissimi in Italiam attulerunt: mihiq́ꝫ, quæ vtriusq́ꝫ est liberalitas, excudenda dederunt: quę quam sint correcta, & emendata, statim in principio de coniuratione Catilinæ licet cognoscere. Nam quod fere in alijs legitur. Nam imperium facile his artibus retinetur: quibus in initio partum est. Verum vbi ꝓ labore, desidia: pro continẽtia, & ęquitate li

Lib

bido, atq; superbia inuasere: fortuna simul commutatur
cum moribus. Ita imperium semp ab optimo quoq; ad
minus bonum transfertur: in his sic habetur. Ita imperi
um semper ad optimum quenq; ad minus bono transfer
tur, quae vera est lectio. Est enim sensus. Imperium in ini-
tio virtute ab optimis partum eadem virtute facile reti-
netur. Prauis autem rectoribus factis: immutatur fortu
na cum moribus & imperium rursus ad optimos redit.
Hos libros Liuiane tibi dicauimus: tum quia te ducib9
iis, quorũ his libris gesta traduntur: fortitudine, & rei
Militaris scientia iam aequasti. Tum etiam quod paucis
admodum datur: & legis facta: & facis legenda. Dein-
de, quia saepe me hortat9 es: vt encheiridii forma, libros
quibus clarorum virorum gesta continentur: excuden
dos curarem: quo belli eos tecum commodius habere
posses. Accipe igitur nũc, quae Sallustii ad nostram aeta
tem Historiae peruenere, sintq; apud te longa monimẽ-
ta mutuae beniuolentiae nostrae.

plex esse ẽ bellũ scz monosticũ qd qs hz i seipo tco nomicũ qd exorit inhis q̃ sũt eiusdẽ familie politicũ vt inter principes.

* Laus Bartholomei Liuiani venetarũ copiarũ gubernatoris.

Ex libris

EX LIBRIS PETRI CRINITI. DE HISTORICIS AC ORATORIBVS LATINIS.

salustij origo quātū ad locū & quātū ad parentē & quātū ad tēp⁹ & qd i teneris annis egerit



CRispus Sallustius Amiterni natus traditur in agro Sabino: quo anno Atheniēsiū vrbs a. L. Sylla deuicta, atq; vastata est: vt Romani annales referunt: ex nobili Salustiorū familia ortus est: q̄ diu in secūdo ordine dignitatē seruauit. Idē ī vrbe educatus creditur: & a teneris annis operā, ac studiū impēdisse optimis disciplinis. Sed cū in ea tēpora incidisset: quibus corrupti ciuiū mores varijs partib⁹, atq; factiōibus forent: neq; virtuti pręmia, aut bonis ingenijs adessent: in tam deprauata ciuitate, quod idem Sallusti⁹ fatetur: victum eius ingenium voluptatib⁹, facile succubuit Itaq; cū ad Rempubli. pro ætate foret delatus: propter ciuium improbitatē, & factiones: multa aduersa pertulit: nam tum præcipue Syllanis partibus infecta ciuitas æstuabat: cōstat ex veterum commētarijs, Sallustiū ipsum īgenio fuisse acri, & ī studijs literarū accurato tum maxīe ī scribēda historia. Pręceptorē habuit inter alios Attheium prætextatum: qui Philologum se appellauit: & ab eo edoctus est de ratione recte scribēdi: vt a Suetonio Tranquillo traditur: qui & Asinium quoque Pollionē scribit ab eodē Prætextato eruditū, atq; īstructū: maxime autem. M. Catonis studiosus fuit: ex cui⁹ cōmētarijs verba excerpsit: & velut breuiarium ad vsum pro

Sylla romanus nobilis ex antiq̄ scipionuz familia pedicularimorbo interijt

ex cōmentarijs: M. Catonis v̄ba excerpsit.

priuum

prium habuit: quod Octauius quoque August. in episto la ad. M. Antonium refert: in qua ipsum Antoniū, ceu insanientem increpat: quod ea scribere vellet: quæ mirent potius homines, quā quæ intelligāt: sed interim ad Sallustij commentarios: Historiam composuit de. L. Catilinæ coniuratione contra Rom. Senatum: & itē de bello Iugurthe: qui Numidiæ Rex factus, diu contra Romanos strenue rem gessit. Historiā præterea de Romanorum gestis: vt de Mario, & Sylla: necnō de Pompeio cōtra Regem Mithridatē: quod opus libris aliquot a Sallustio absolutum traditur. Et adhuc supersunt quædam veluti absolutissimi operis reliquiæ: in quibus Sallustij diligentia in historia describenda, atq; grauitas appareat. In parte operis de rebus punicis, tāto animi studio incubuit: vt a quibusdā scriptū sit, cum regionē adijsse: ac maxima solertia perlustrasse: quo maiore fide: atq; officio veritatem exploraret. Anienus certe Rufus plurimum Sallustij diligentiam, atque studium commendauit. Sed & Gellius vir Romanus, qui veterū eruditiōis Aristarchus habetur: ita vt de Sallustij oratione differit. Elegātia inquit Sallustij, verborūq; facūdia: & nouandi studiū: cū multa prorsus inuidia fuit: plures non mediocri ingenio viri conati sunt reprehendere plæraque & obtrectare: in qbus plura inscite: aut maligne vellicāt Quin. & hunc proprietatis seruantissimum vocat. T. autem Liuius tā iniquus Sallustio fuit: sicuti ab Anneo Seneca scribitur: vt quędam ex historia Thucydidis trans-

quid sallustius ɔposuit.

mithridates rex pōtis pōpeio deuictus fuit.

de gellio viro romano.

Sallustiꝰ a gellio ꝓprietatis seruātissimꝰ vocat

Quid a seneca scriptū sit de Sallustio

 lata

lata:& elegāter assumpta velut deprauata, & corrupa il li obiecit. Idq; ipm nō in Thucydidis gratiam effecit: vt Arelius Fuscus dicebat: verum putauit se facilius Sallustium vincere: si prius Thucydidē ipsum præferret. Asinius quoq; Pollio librum scripsit: quo, Sallustij scripta reprehenderet: quod in ijs nimia quidem affectatione antiquitatem sequeretur. Fabius vero Quintilian⁹ vir maturo, & graui iudicio: asseruit oratiōe Sallustij, atq; breuitate nihil fieri posse perfectius præsertim apud vacuas & eruditas aures: neq; veritus est idem Fabius, auctori Thucydidi in scribenda historia apud Græcos principi. Sallustium ipm opponere: sicuti. T. Liuium Herodoto: quo factum est: vt cum plures voluerint dicendi gen⁹ Sallustianum sequi: minime sint assecuri: est enim eius oratio tam absoluta, tam casta, & innocēs, vt merito ab eruditis diuina breuitas censeatur: nam & Arunti⁹ qui belli punici historiā scripsit: Sallustio tantū concessit: vt eius orationē maximo studio sequeretur: quod alibi diximus. Nec illud ignoratur: consueuisse Sallustiū magno labore, ac studio scribere: vt nihil nō absolutū, atq; pfectum videri posset: quod ex ipa lectiōe facile colligitur Amicos in primis habuit doctrina: & ingenio nobiles: vt cor nepotē: Messalam, & Nigidiū Figulū: qui perijsse in exilio traditur. Iuliū præterea Cæsarem magno studio dilexit: a quo etiam vt creditur: dignitate præfecturę honestatus est. Illud item a Suetonio refertur. Lenæū grammaticū Pompeij libertum satyras contra Sallustiū

Arelij fuscij dictuz

M. Fabius Quitilian⁹ rhetor: diligētissim⁹ sallustiū Thucydidi nō est verit⁹ opponere

quid a suetonio refertur

composuisse

composuisse: eumq; mordaci, & virulento carmine lacerasse: vt qui lurconem illum, popinionemq;, & nebulonem, ac lasturũ appellarit: tum vita, scriptisq; mõstrosum: ac M. Catonis furẽ ineruditissimũ: quod ipsum nõ alia ratione a Lenęo factum creditur: quam vt studiũ suum, atq; officium erga patronum Pompeium probaret quem virum Crispus Sallustius ore probo: animo autẽ inuerecũdo esse scripserat. Itaq; mirandũ non est: si tam acerbe, atq; satyricę libert⁹ Lenęus cõtra Sallustiũ aciẽ styli exacuit. Quantũ odij, atq; inimicitię, inter hũc, & M. Ciceronẽ extiterit: notissimũ est: quod vtriusq; violentę, atq; acerrimę orationes ita demonstrãt: vt neuter videri possit satis sui rationem habuisse: cum alteri male diceret. Qua in re non sunt multa referenda: cũ ex Hieronymi ac Fabij auctoritate constet: eos homines longe aberrasse: qui confictas magis orationes ab alijs, quam a Sallustio, & Cicerone habitas crediderint. Et sane tã corruptis moribus Sallustius: ingenio tã procliui ad luxum fuit: vt paternam domum viuente adhuc patre turpissima ratione venalem haberet: quod illi inter alia vitia. a. M. Cicerõe exprobratur. Sed a Varrone etiam, & Gellio traditũ est: eundem fuisse in adulterio deprehensum ab Annio Millone, lorisq; cęsum: ac data pecunia dimissum: qua ratione factum est: vt Marcus Cicero appellare illud non dubitauerit: mensarum assėclam, cubiculorum pellicem, & adulterum. Dignitates publicas gessit: & quæstura, ac tribunatus bonorum asse-

Tres fuerunt catones scilicet portius cẽsori⁹ & vticensis.

Sallusti⁹ cũ cicerone graues exercuit inimicitias: vt ervtriusq; liquet oratiõib⁹.

Quomõ Sallusti⁹ domũ paternam venalem habuit propt luxum.

Mensarũ assecla dicit q̃ mensas sequit

 cursus

8

cutus est. Sed nulla quidẽ laude, aut cõmẽdatione ad cũ libidine magis, q̃ ratione, & publice, & priuatim vixisse: Nã & bis vocat⁹ est in iudiciũ: & ad iudiciũ subsellia abstractus: fortuna extrema (vt ingt Ci.) stetit. Scribũt aũt grãmatici ea caussa de senatu eiectũ fuisse a cẽsoribus: quod ingenti libidine matronas consectaret̃. Illud quoq; de Sallustio relatũ est: patrocinio, & fauore. C. Cęsaris cõsecutũ fuisse p̃turã Affricę interioris: ex qua diues fact⁹ cum in vrbẽ rediret p̃ciosissimos, atq; amœnissimos hortos ĩ regiõe ad malũ punicũ cõparauit: ac Tiburti Villã q̃ a Cicerone itidem illi obijciuntur: neq; desunt: qui scribãt Terẽtiam. M. Ciceronis vxorẽ ab eo repudiatã, Sallustio nupsisse: ac deinceps Messale Coruino viro in eloquẽtia clarissimo: qđ etiã suo loco scripsimus. Sciẽdũ est fuisse plures Sallustios: nã & Gneus a M. Tullio celebrat̃ in Sallustiorũ familia insignis: & M. Ciceroni, ac Cn. Põpeio maxime familiaris: qđ ex his epistolis colligitur: quas Cicero ad Põponium Atticum scribit: qua in re imprudenter quidã decepti sunt: cum Sallustij Empedoclea ignorarẽt: vt alibi demõstraui. Sũt qui tradant ad annum secundum & .Lx. eum vixisse: & in patria annis aliquot post obitum. C. Cæsaris diem extremum obijsse: quod ex veterum commentarijs colligitur. Illud præterea de hoc ipso Crispo Romæ circunlatum est: vt multi testantur.

Quare sallusti⁹ a senatu eiectus fuit C. inquit.

Messala coruinus orator nobilis

Complures fuere Sallustij.

De etate Sallustij.

Plures fuisse sallustios di.

Hic erit: vt perhibent doctorum corda virorum:
Crispus Romana primus in historia.

CRISPI SALLVSTII ORATORIS CLARISSIMI VITA.



RIspus Sallustius vir patriti⁹ ab ineunte ętate bonis artib⁹ imbut⁹: ad rempubli. gerendã animũ applicuit: in qua nõ pauca aduersa passus prudentia sua superauit. Et respubl. iã Carthagine, atq; Numãtia euersa, Asiaq; domita: vt nec nobilitati, nec virtuti sua redderent̃ p̃mia, atq; impudenti, atq; audacissimo cuiq; plebs obsequerent̃. Hinc dominatus. L. Syllæ, & proscriptionis tabula Romanis ciuibus prius ignota: prolata est: hinc flagitiosa Catilinæ coniuratio. Hinc bellum ciuile inter Cæsarem, & Pompeium exortum libertati ciuitati ademit. His igitur hominum moribus conflictatum Crispi ingenium suapte natura integrum iuuenili, ac flagranti ætate procliuem ad adulteria libido rapuit: atq; corrupit neq; id impune diu admisit. Nã vt Varro tradit, ab Annio Milone domi deprehensus: & grandi pecunia multatus est: bis ad subsellia accusatus: atque absolutus a iudicibus non sine pecunia: vt fertur discessit: domum auitam tanto patris dolore iam ętate cõfecti vendidit: vt vita decedere cogeretur. Consumptis igitur opibus patris, & quęstura prius functus deinde Tribunus plebis creatus est. Ac postremo prætorem vlteriori Africæ designatum cum proconsulẽ cum

Quid Sallusti⁹ sua i vita egit.

Sallusti⁹ fuit dict⁹ Crisp⁹: eo q capillos habebat crispos.

Sallusti⁹ luxurie fuit dedit⁹.

Sallusti⁹ tribunus plebis postmodũ ptor desi= gnat⁹ est.

Crisp⁹ paterna ɔsũ= psit bona.

exercitu regno Iubæ Rege necato Cæsar præficit: atque in prouinciam redegit. Quæ sane Crispus mutatis moribus iam grauescētæ ætate per libidinem: atque flagitia prodegisset: non modo recuperauit: sed ꝓtiosissimos in vrbe hortos tiburtinamque villam ab ipso Iulio emit. Cuius nutu bello ciuili iam peracto omnia regebantur: nec leges maiorum amplius in Repub. administrāda seruabātur. Si extremo atque barbaro cuique: si Cæsari iubebat in Senatum aditus patebat: ac sententiā non consulatis sed gallus: aut ignobilis, ac sordidus quisque dicebat. Quibus rebus indignatus Sallustius Rempub. deseruit: atque ad intermissa studia rediēs queque a populo Romano preclare gesta fuissent: scribere decreuit: ne id ipm otij qd elegerat ignauia: atque desidia tereret. Aut illiberalibus officijs intētus minus vtilis Reipubli. foret: quam antehac extitisset. Aggressus igitur bellum cōtra Catilinę coniurationem: atque Iugurthā Numidarum potentissimum ac prudentissimū gestum tanta cura: atque diligentia perscripsit: vt non annales Romanos modo: sed Punicos & Afros: ac peritos illius linguæ Romanorum gesta diligenter euolueret: atque in Africā traiecit: neque legeret tantū: sed visu certiora etiam facta posteris narraret. In hoc autem genere scribendi tantum laudis assecutus: vt Quintilianus grauis, atque seuerus iudex Thucididi greco historiarum scriptori adęquet: quē Cicero tantopere laudat: atque sententijs crebrum autumat: vt pene verborū copiam sententiarum frequentia consequatur. Amicos

Quid crispus mutatis moribus fecit.

Sallustius indignatus

Bellum aggressus cōtra catilinam.

Laudē crispus scribēdo assecutus.

habuit Corneliū nepotē eodem scribendæ historiæ stu: dio delectatum: ac P. Nigidium figulum, ac omniū do⸗ ctrinarū genere non inferiorē Varroni. Cicero vero ex familiari inimicus factus, nescio qua de causa Terentiā vxorem ab eodem Cicerone repudiatā in vxorem duxit vt ab ea quamdiu summa beneuolentia cum Cicerōe vi xerit: atq; suorum consiliorum non ignara aliquid tur⸗ pe eliceret: quo acrius, atq; turpius in eum inueheretur cuius in Ciceronē extat inuectiua: quam frequenti Se⸗ natu habuisse fertur. Natus Amiterni in Sabinis bello iu gurthino Romæ educatus. Crispus habitauit iuxta Mi⸗ neruam: vbi nunc templū Diuæ Mariæ veneratur. Atq; in hunc vsq; diem Sallustiana domus vocatur. Vixit vs⸗ q; ad sexagesimū secundum annum: septimum post Cæ saris obitum. Cuius Terentia vxor postea Messalæ Cor⸗ uino præstantissimo sua ætate oratori nupsit.

causa odij inter sallustium & Ciceronem.

Sallustij etas.

EX PLINIO DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

Cecili⁹ de iugurtha rege triū⸗ phauit.



Vintus Cæcilius Metellus Numidicus: qui de Iugurtha rege triūphauit, Censor Quin tium, qui Thiberij Gracchi filium mentie⸗ batur, incēsum nō recepit. Idē in legē Apu leiā p vim latā iurare noluit. Quare ī exiliū act⁹ Smyr⸗ næ exulauit. Claudia deīde rogatiōe reuocat⁹, cū ludis

forte literas in theatro accepisset: nō prius eas legere di-
gnatus est, quū spectaculum finiretur. Metellū sororis
suæ virum laudare noluit: q̄ is olim suum iudiciū: & le-
ues detractaret.

EX EODEM PLINIO.

Leges p̄ri cipū eē di cunt: dicte vt publice legant oi̅s cōnotesint



Aius Marius septies cōsul Arpinas hu-
mili loco natus: primis honoribus per
ordinem functus: legatus Metello in
Numidia criminando consulatum ade-
ptus Iugurtham captum ante currum
egit. In proximum annum cōsul vltro factus: Cymbros
in Gallia apud aquas Sextias: Theutonas in Italia in cā-
po Claudio vicit: deq̄ his triumphauit. Vsq̄ ad sextum
consulatum per ordinem factus Apuleium Saturninum
TRI.PLE. & Glauciam prætorem seditiosos ex sena-
tusconsulto interemit: & cum Sulpitia rogatione pro-
uinciam Syllæ eriperet: armis ab eo victus: Minturnis ī
Palude latuit Inuentus in carcerem coniectus: īmissum
percussorem Gallum vultus autoritate deterruit. Acce-
ptaq̄ nauicula in Africā traiecit: ibi diu exulauit. Mox
Cinnana dominatione reuocatus: ruptis ergastulis, ex-
ercitum fecit, cæsisq̄ inimicis īiuriam vltus septimo cō-
sulatu: vt quidam ferunt: voluntaria morte decessit.

Cai⁹ marius septies consul fuit.

Cimbri populi septē trionales & interioris germanie: et illos marius p̄fligauit.

Quomodo mari⁹ mortuus.

Ex eodem plinio.



Ornelius Sylla in fortuna fœlix dictus: cū paruulus a nutrice ferretur: mulier obuia salue inquit puer tibi, & reipub. tuæ fœlix. Est statim quæsita, quæ hęc dixisset, nō potuit inueniri. Hic quæstor Marij Iugurtham a Boccho in deditionem accepit Bello Cymbrico, & Theutonico legatus bonā operam nauauit. Pręter inter ciueis ius dixit prætor Ciciliā prouinciam habuit: bello sociali Sāniteis, Hirpinosq́ superauit. Ne monimenta Bocchi tollerentur, Mario restitit Consul Asiam sortitus, Mithridatem apud Orchomenū & Chæroneam prælio fudit. Archelaum prælio præfectum eius Athenis vicit: portum Peireum recepit: Medos, Dardanos in itinere superauit. Mox cum rogatione Sulpitia imperium eius transferretur: ad Marium in Italiam regressus corruptis aduersariorum exercitibus Carbonem Italia expulit. Marium apud sacri portum: Thelesinū apud portam Colinam vicit. Mario prænestę interfecto, fœlicem se edicto appellauit. Proscriptionis tabulas primus proposuit, Nouem milia deditorum in villa publica cecidit. Numerum sacerdotum auxit. Tribunitiam potestatem minuit Repub. ordinata dictaturā deposuit. Vnde spe deceptus Puteolos cōcessit: & morbo, qui Phtheiriasis vocatur, interijt.

De Sylla & eius fortuna felici.
Sānites italie ppli a sylla dictatore deleti sunt,

Sylla marium vicit:

Sylle operationes.

Gen' mortis ipsius.

EX GELLIO LIB. XIIII. CAPITE. XIII.

De istis verbis vtor vereor hortor consolor



Tor, & vereor, & hortor, & consolor communia verba sunt: Ac dici vtroque versus possunt vereor te: & vereor abs te: id est tu me vereris vtor te: vtor abs te: id est tu me vteris: hortor te: & hortor abs te: id est tu me hortaris: consolor te: & consolor abs te: id est tu me consolaris: testor quoque, & interpretor significatiõe reciproca dicuntur. Sunt autem verba hæc omnia ex altera parte inusitata. Et an dicta sint, in eam quoque partem quæri solet. Afranius in consobrinis Hem iste parentum est vitabilis liberis, vbi malunt metui: quam vereri se a suis. Hinc vereri ex ea parte dictum est: qua est non vsitatior. Nouius in ligararta: verbũ qd' est vtitur: ex contraria parte dicit. Quia suppell ex multa quæ non vtitur: emitur tamen: idest quæ vsui non est. Mar. Cato in quinta origine: exercitum inquit suũ prãsum, paratũ cohortatus eduxit foras, atque instruxit: cõsolor quoque in partem alterã, prætereque dici solitũ est in epistola. Q. Metelli. quam cum in exilio esset ad Gn. & ad. L. Domitios dedit. Ac cũ animũ, inquit vestrũ erga me video, vehemẽter consolor: & fides virtusque vestra mihi ante oculos versatur. Testa itidẽ, & interpretata eadẽ ratione dixit. M. Tul. in primo lib. de diuinatiõe: vt testor, interpretorque verba cõmunia videri debeãt. Sallustius quoque eodẽ mõ dilargitus proscriptorũ bonis dixit

Sobrini dicũt duarũ vel pluriũ sororũ filii Tulii dictum.

taquam verbum largior sit ex verbis communibus. Veritum autem sicut puditum, & pigitum: nõ personaliter per infinitum modum dictum esse: non a vetustioribus tantum videmus: sed a .M. quoq; Tullio in secundo de finibus Primum inquit Aristippi, Cirenaicorumq; omnium, quos non est veritum in ea voluptate, quæ maxima dulcedine sensum moueret summũ bonum ponere. Dignor quoq;, & veneror & cõfiteor: & testor: habita sũt in verbis communibus: sicuti in Vergilio illa dicta sunt Coniugio anchisa veneris dignate superbo. & Cursusq; dabit venerata sacerdos. Cõfessio autem æris de quo facta concessio est in .xij. tabulis scriptum est his verbis Aeris confessi: rebusq; iudicatis xxx. dies iusti sunt: Itẽ ex ijsdem tabulis id quoq; est. Quę si erit testatior: libripens ne fuerit in testimonium feriatur; improbus, intestabilisq; esto.

Dignor veneror confiteor testor confiteor.

EX EODEM LIBRO CAPITE. XIII.

Dicti ānotatio.



Pud. Q. Metellū Numidicū in libro accuſationis in Valerium Meſſalam tertio nouē dictum eſſe ānotauim⁹. Verba ex oratione eiuſ hęc ſunt Cum ſeſe ſciret in tātum crimen veniſſe: atq; ſocios ad Senatum quæſtum flētes veniſſe: ſeſe maxīas pecunias exactos eſſe: pecunias ſe maximas exactos, id nobis videbatur græca figura dictū Græci enim dicūt εισεπραξχτο μεαργυριον id eſt exigit a me argentum. Id ſignificat exigit pecuniam: quod ſi id dici poteſt: etiam exactus eſſe aliquis pecuniam dici poteſt. Cæcilius quoq; eadem figura in Hypobolimæo æſchino vſus videtur. Ego illud minus nihil exigor portoriū id eſt nihilo minus exigitur de me portorium

Pecunias pecudedz.

attēde elocutionem exigit me pecuniam

C. CRISPI SALLVSTII LIBER DE CONIVRATIONE CATILINAE.





Mneis Homines Qui student sese pręstare cæteris animantibus summa ope niti decet ne vitam silentio transeāt veluti pecora: quæ natura: prona: atq; vētri obediētia finxit. Sed omnis nostra vis in animo & corpore sita est. Animi imperio: corporis seruitio magis vtimur. Alterum nobis cum Dijs: alterum commune cum belluis est. Quo mihi rectius esse videtur: ingenij: q̄ virium opibus gloriam quærere & quoniam vita ip̄a qua fruimur breuis est: memoriam nostri q̄ maxime longam efficere. NAM DIVITIARVM

Hic prolog᷒ narratiuus atq; declaratiu᷒, in quo auctoris intētionē atq; institutum declarat.

Ad exercitiū corpis exercitio p̄stare inuit

3 diuitie sūt piculose steriles dānabiles.

& formę gloria fluxa: atq; fragilis est. VIRTVS clara æternaq; habetur. Sed diu magnum inter mortaleis certamē fuit. Vi ne corporis: an virtute animi res magis militaris procederet. NAM ET PRIVS QVAM incipias: consulto. & vbi consulueris: mature facto opus est. Ita vtrūq; per se indigēs: alterum alterius auxilio eget. Igitur initio Reges (nam in terris nomen imperij id primū fuit) diuersi: pars ingenium: alij corpus exercebant. Etiam tū vita hominum sine cupiditate agitabatur. Sua cuiq; satis placebant. Postea vero quam in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonij: & athenienses cœpere vrbeis, atq; nationes subigere. Libidinem dominādi caussam belli habere: maximam gloriam in maximo imperio putare. Tum demum periculo atq; negotijs compertum est in bello plurimum ingenium posse. Quod si regum atq; imperatorum animi virtus: in pace ita: vt in bello valeret: æquabilius: atq; constantius sese res humanę haberent neq; aliud alio ferri neq; mutari: ac misceri omnia cerneres. Nam imperium facile his artib9 retinetur: quibus, initio partum est. Verum vbi ꝑ labore desidia pro continentia & equitate: libido atq; supbia inuasere: fortuna simul cum moribus immutatur. Ita imperium semper ad optimum quēq; a minus bono transfertur. Quæ omines arant: nauigant: ædificant: virtuti omnia parent. Sed multi mortales dedit ventri: atq; somno indocti, incultiq; vitā sicuti peregrinātes transegere quibus ꝓfecto contra naturam corpus voluptati: anima oneri fuit.

4 Experictia expientia interdum Ter. Terē. i Andria. qui scis ergo isthuc nisi periclū feceris. et i Eunuch. fac periclū in literis. Libidinē dominādi habere est velle.

5 Antiquorum existimatio

Regū virtutē in bello maiorē eē q̄ in pace ostendit.

6 Dānaque a securitate iferunt declarat.

orum vitam, ego mortemq; iuxta æstimo quoniam de vtraq; siletur. VERVM, ENIMVERO: is mihi viuere demum atq; frui anima videtur qui aliquo negotio intē tus: præclari facinoris aut artis bonę famam quęrit. Sed in magna copia rerum: aliud alij natura iter ostendit. PVLCRVM EST benefacere reipu. etiam benedicere haud absurdum est, vel pace, vel bello, clarum fieri licet. & qui fecere, & qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. At mihi quidem tametsi haud quaq̄ par gloria sequatur scriptorem, & autorem rerum: tamen in primis *arduum videtur res gestas scribere. Primū quod factis dicta sunt exequanda: dehinc quia plerıq; quæ delicta reprehēderis, maleuolentia, & inuidia dicta putāt. Vbi de magna virtute: atq; gloria bonorum memores quæ sibi quisq; facilia factu putat æquo animo accipit: supra ea veluti ficta, ꝓ falsis ducit. Sed ego adolescētulꝰ initio sicuti plerıq; a studio ad Rēp. delatꝰ sum: ibiq; mihi aduersa multa fuere. Nam pro pudore, ꝓ abstinentia, ꝓ virtute, audacia, largitio, auaritia, vigebāt. Quæ tametsi animus aspernabatur: insolens malarum artium: tamen inter tanta vitia imbecilla ætas ambitiōe corrupta tenebatur. At me cum ab reliquis malis moribus dissentirem: nihilominus honoris cupido eadē, quæ cæteros fama atq; inuidia vexabat. Igitur vbi animus ex multis miserijs, atq; periculis requieuit: & mihi reliquam ætatem a Republica procul habendam decreui: non fuit cō siliū socordia atq; desidia bonū otiū cōterere: neq; vero

Cōmodaq̄ eueniūt illi q̄ negocijs vacat. 7

*Ideo aūt arduū ē negotiū: q2 debite scribēs historiam debet facta dictis exeq̄re. i. ita magnifice eloq̄ vt magnifice gesta sūt q2 si vitia sectat: putat inuidia motꝰ: sin ꝟtutes laudat maiores q̄ lector insē agnoscit: plerumq; mendacij arguitur. 8 9

colendo agrum aut venando: seruilibus officijs intentū ætatē agere. Sed a quo īcepto: studioq; me ambitio mala detinuerat: eodem regressus: statui res gestas populi Romani carptim: vt quæq; memoria digna videbātur prescribere: eo magis: quod mihi a spe: metu partibus Reip. animus liber erat. Igitur de Catiline coniuratiōe: quā verissime potero paucis absoluā. Nā id facinus in primis ego memorabile existimo sceleris atq; periculi nouitate, de cuius hominis moribus pauca prius explananda sunt quam initium narrandi faciam.

De catilina rei⁹ morib⁹ qđ lucius eo q̄ oriēte luce natus sit.



Ucius Catilina nobili genere natus fuit: magna vi & animi & corporis: sed ingenio malo prauoq;: Huic ab adolescētia bella intestina, cædes, rapine discordia ciuilis grata fuere: Ibiq; iuuentutē suā exercuit: Corpus patiens inediæ vigiliæ algoris: supra quā cuiquā credibile est. Animus audax: subdolus varius: cuiuslibet rei simulator: ac dissimulator: alieni appetēs: sui ꝓfusus: ardēs in cupiditatibus: satis loquētiæ, sapiētiæ parū. Vastus anim⁹ immoderata: incredibilia: nimis alta semp cupiebat. * Hūc post dominationē. L. Syllæ libido maxima inuaserat Reip. capiundę: neq; id quibus modis adsequeretur: dū sibi regnū pararet: quicq; pensi habebat. Agitabat magis magisq; indies ferox anim⁹: inopia rei familiaris: & cōsciētia scelerū: que vtraq; his artibus auxerat: quas supra memoraui. Incitabant preterea corrupti ciuitatis mores: quos pessima ac diuersa īter se: mala luxuria, atq; auari

Bella dicūtur itestina q̄ fiūt iter ꝯciues qui sunt in vna vrbe.

Loquētie legēdū est nō eloquētie: vt vulgus solet.

Sylle seuicia.

* Ostēdit q̄ pacto audax Catiline anim⁹ auso sit potit⁹: vt exēplo L. Sylle cui⁹ mira fuit crudelitas.

tia vexabāt. Res ipsa hortari videt̃ quoniā de moribus ciuitatis tēpus admonuit: supra repetere: ac paucis instituta maiorꝝ domi militiæq̃ quo modo rēpu. habuerint: quā tanq̃ reliq̄rint: vt paulatim immutata ex pulcherrima pessima ac flagitiosissima facta sit: disserere.

Ad priscorū romanoruz mores discribēdos facit degressionem.

VRbē Romā: sicuti ego accepi: cōdidere: atq̃ habuere initio Troiani: q̄ Aenea duce profugi: incertis sedibus vagabant̃. Cumq̃ his aborigines: genus hominū agreste: sine legibus sine imperio liberum atq̃ solutum. Hi postq̃ in vna mœnia conuenere: dispari genere: dissimili lingua alius alio more viuētes: incredibile memoratu est quā facile coaluerint. Sed postq̃ res eorū ciuilib⁹ morib⁹, agris aucta, satis ꝓspera, satisq̃ pollēs videbat̃: sicuti pleraq̃ mortaliū habent̃: inuidia ex opulētia orta ē. Igit̃ reges populiq̃ finitimi bello tētare pauci ex amicis auxilio esse. Nā cęteri metu ꝑculsi à periculis aberāt. At Ro. domi: militię q̄ intēti festinare parare ali⁹ aliū hortari: hostib⁹ obuiā ire: libertatē, patriā, parēteis q̄ armis tegere. Post vbi pericula virtute ꝓpulerāt: socijs atq̃ amicis auxilia portabāt: magisq̃ dādis quā accipiēdis bn̄ficijs amicitias parabāt, iperiū legitimū: nomē iperij regiū habebāt. Delecti q̄bus corpus annis infirmū: ingeniū sapiētia validū erat: Reip. cōsultabāt: Hi vel ætate vel curæ similitudine patres appellabātur. Postubi iperiū regiū qđ initio cōseruandę libertatis, atq̃ augendę Reip. fuerat: in supbiā dominationeq̃ se conuertit: immutato more annua imperia binosq̃ im

* Facta digressiōe Rome ꝯditores eorꝫ q̄ mores ꝑcurrit. Vn̄ aūt ōt sicut ego accepi q̄ varia ꝛ incerta est de vrbis Rome cōditoribus opinio.

Rome editores quorum varia fuit opinio describit.

Populi dicuntur finitimi q̄ in vno ꝯfinio habitant.

Romana ciuitas plurimū i cremēti sūpserat.

peratores sibi fecere. Eo modo minime posse putabant per licentiam insolescere animũ humanum. Sed ea tempestate cœpere se quisq; magis extollere: magisq; ingenium in promptu habere. Nam regibus boni, quã mali suspectores sunt: semperq; his aliena virtus formidolosa est. Sed ciuitas (incredibile est memoratu) * adepta liberare: quãtũ breui creuerit: tãta cupido glorię incesserat. Iãprimũ iuuẽtus simulac belli patiẽs erat: ĩ castris per laborẽ vsu militiã discebat: magisq; in decoris armis: & militaribus equis: quã in scortis, atque cõuiuijs libidinẽ habebãt: Igitur talibus viris nõ labor insolitus nõ locus vllus asper aut arduus erat: nõ armatus hostis formidolosus. virtus omnia domuerat: sed glorię maximum certamẽ inter ipsos erat. Sic se quisque hostẽ ferire murũ ascẽdere, cõspici dũ tale facin⁹ faceret properabat: eas diuitias: eamq; bonã famam magnamq; nobilitatem putabant. Laudes auidi: pecuniæ liberales erant gloriam ingentẽ: diuitias honestas volebãt. Memorare possem: quibus in locis maximas hostiũ copias popul⁹ Roman⁹ parua manu fuderit quas vrbes natura munitas pugnãdo cœpit: nimis res lõgi⁹ nos ab incepto traheret. Sed profecto. FORTVNAM in omni re dominatur Ea re cunctas ex libidine magis, q̃ ex vero celebrat: obscurateq; Atheniensiũ res gestæ: sicuti ego existimo: satis amplę: magnificęq; fuere. Verum aliquãto minores: quam fama feruntur. Sed quia prouenere ibi scriptorũ magnã ingenia: per terrarum orbẽ Atheniensium facta:

Ciuitas à ciuiũ vnitate dicitur.

* Adeptas[?] a vbo adipiscor actiue significationis descendat: hic tñ passiue accipitur.

11 Ostẽsa origine ciuitatis affert ei⁹ incremẽtũ primis ad mirandum simulq; qua via ceptũ sit.

diuitie nõ sunt de genere boni

2

12 Man⁹ collectiue capit p multitudine.

pro maximis celebrātur. Ita corū qui ea facere virtus tā
ta habetur: quātū verbis ea potuere extollere p̄clara in
genia: at populo Ro. nūq̄ ea copia fuit: quia prudētissi-
mus quisq̄ negociosus maxime erat. ~~Ingenium nemo si
ne corpore exercebat optimus quisq̄ facere: quā dice-
re: & sua ab alijs benefacta laudari: quā ipse aliorū narra
re malebat.~~ Igitur ~~domi militiæq̄ boni mores coleban-
tur. Concordia maxima: minima auaritia erat.~~ Ius bonū
q̄ apud eos non legibus magis: quā natura valebat. Iur
gia: discordias: simultates cū hostibus exercebāt, ciues
cum ciuibus de virtute certabant. In supplicijs deorum
magnifici: domi parci: ~~in amicos fideles erant,~~ Duabus
his artibus: audacia in bello: vbi pax euenerat: æquita-
te: seq̄, remq̄ publicam curabant: Quarum rerum ego
maxima documenta hæc habeo: quod in bello sæpius
vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem
pugnauerant: quiq̄ tardius reuocati prælio * excesse-
rant quā qui signa relinquere: aut pulsi loco cedere ausi
erāt. ~~In pace vero bn̄ficijs magis quā metu imperiū agi
tabāt: & accepta iniuria ignoscere: quam persequi male
bant.~~ Sed vbi labore atq̄ iusticia Respub. creuit: reges
magni bello domiti nationes fere: & populi ingentes vi
subacti. Carthago æmula imperij Romani a stirpe inte-
rijt. ~~Cuncta maria terreq̄ patebant:~~ sæuire fortuna cœ-
pit. Qui labores: pericula: dubias, atque asperas res fa-
cile tolerauerant: ijs otium diuitieq̄ optandæ alijs: one
ri miseriæq̄ fuere. ~~Igitur cupido pecuniæ primo: deide~~

Copie dn̄r copiosi exercitus.

Aīa suas operationes nō exercet sine corpe

Audentes fortuna iuuat.

* excedo p̄positionis grā ablatō p̄ponit sicut exeo apud maronē: q̄uis in terra meis expiret victima sepius

Euidentissima ei cōiectura pbat qd̄ dixerat cū dr quarum.

Carthago dr emula imperij romani q2 fere par erat & de imperio cum roma certabat.

Incommoda auaritie

Quidsa citābitioq̄ ē honorũ cupiditas

imperij creuit: ea quasi materies omnium malorum fuere. NAM QVE AVARITIA fidem probitatem: cæterasq; bonas artes subuertit: Pro his superbiam: crudelitatem: deos negligere omnia venalia habere edocuit. AMBITIO multos mortales falsos fieri subegit. ALiud clausum in pectore: aliud in lingua promptum habere: amicitias: inimicitiasq; nō ex re: sed ex commodo æstimare: magisq; vultum: quam ingenium bonum habere. Hęc primo paulatim crescere: interdũ vindicari. Post vbi contagio quasi pestilentia inuasit: ciuitas est īmutata: imperium ex iustissimo atq; optimo crudele intolerandũq; factũ est. Sed primo magis ambitio: q̄ auaritia animos hominum exercebat: quod tamen vitiũ propius virtuti erat. NAM GLORIAM: honorem: imperium bonus & ignauus equę sibi exoptant. Sed ille vera via nitit̄: hic quia bonę artes desunt: dolis atq; fallacijs cōtendit. AVARITIA pecunię studium habet quã nemo sapiens concupiuit: ea quasi venenis malis imbuta: corpus virile animumq; effœminat. Semper infinita: & insatiabilis est: neq; copia: neq; inopia minuitur. Sed postquam. L. Sylla: armis recepta Republica bonis initijs malos euentus habuit: rapere omnes: trahere domum alius: alius agros cupere neque modum: neq; modestiã victores habere: fœda crudeliaq; in ciueis facinora facere. Huc accedebat quod. L. Sylla exercitum: quē ductauerat in Asia: quo sibi fidum faceret: contra morē maiorum: luxuriose: nimisq; liberaliter habuerat. Loca

De Sylla

amœna voluptaria: facile in otio feroces militũ animos molliuerāt. Ibi primũ īsueuit exercit⁹ ppl'i romani amare, potare, signa tabulas pictas: vasa cœlata mirari: ea priuatim ac publicę rape: delubra deorꝝ spoliare sacra prophanaq; omnia polluere. Igitur hi milites: postquā victoriā sunt adepti: nihil reliqui victis fecere. QVIPPE SECVNDAE res sapientium animos fatigant * ne dum illi corruptis moribus victoriæ temperarent. Postquam diuitię honori esse cœpere: & eas gloria: imperiũ potentia sequebantur: hebescere virtus: paupertas probro haberi innocētia pro maleuolentia duci cepit. Igitur ex diuitijs iuuentutem: luxuria atq; auaritia cum superbia inuasere, rapere, cōsumere sua paruipēdere, aliena cupere, pudorē, pudicitiā, diuina atq; humana promiscua, nihil pensi neq; moderati habere. Operępretiũ est cũ domos atq; villas cognoueris: in vrbium modum ædificatas: visere templa deorꝝ: quę nostri maiores religiosissimi mortales fecere. Verum illi delubra deorum pietate, domos suas gloria decorabant: neq; victis qcq̃ pręter iniuriæ licentiā eripiebant. At hi cōtra ignauissimi homines per summum scelus omnia ea socijs adimere: quę fortissimi viri victores reliquerāt: perinde quasi iniuriam facere: id demum esset imperio vti. Nam quid ea memorem quę nisi ijs: qui videre nemini credibilia sunt: à priuatis compluribus subuersos monteis: maria constrata esse: quibus mihi vidētur ludibrio fuisse diuitię: quippe quā honeste licebat habere, abuti per turpi

* Nedũ illis &c. legimus expriscíano Augustinoq; hũc locũ citātib⁹ nedũ p saltē posituũ ē: & hic ē sensus Saltē necesse fuit milites hos tāta idulgētia imo licētia impatoris corruptos victorie obtēpare: qđ est plibidine ipetuq; victoriā citra moduz tenere. Postq̃ milites Syllani adepti sũt victoriā contra marianos nihil reliq̃rũt victis.

Delubra, pprie sũt loca i qb⁹ dei simulacra dedicata sunt.



tudinem ꝓperabāt. ~~Sed libido stupri: ganeæ: ceteriq~~ *
~~cult⁹ nō minor incesserat viros pati muliebria: mulieres~~
~~pudicitiā in propatulo habere.~~ Vescendi causa terra: ma
riq; oīa exquirere: ~~dormire prius. quā somni cupido~~ es-
~~set: nō~~ famē aut lassitudinē: nō sitim: neq; frigus operiri
sed ea oīa luxu ante capere. Hæc iuuentutē vbi familia-
res opes defecerāt: ad facinora incendebāt. Anim⁹ im-
butus malis artibus: haud facile libidinibus carebat: eo
profusius omnibus modis quæstui: atq; sumptui dedit⁹
erat. In tanta itaq; tāq; corrupta ciuitate. Catilina id qd̄
factu facillimū erat omniū flagitiorū atq; facinorū cir-
cum se: tanq̄ stipatorū cateruas habebat. Nam quicun-
q; impudicus: adulter ganeo: alea manu: ventre pene bo
na patria dissipauerat: ~~quiq; alienum ęs grande cō~~flaue
rat: quo flagitiū aut facinus redimeret: pręterea omnes
vndiq; parricide sacrilegi: conuicti iudicijs: aut ꝓ factis
iudicium timētes: ad hoc quos manus atq; lingua: periu
rio aut ciuili sanguīe alebat: postremo omnes, quos fla
gitium egestas cōscius animus exagitabat. hi Catilinę
proximi: familiaresq; erant. ~~Quod si quis etiā a culpa~~ va
~~cuus in amicitiam eius inciderat quoti~~diano vsu atq; il-
le~~cebris: facile persimilisq; cęteris efficiebatur~~. Sed ma
xime iuuenum vel adolescentiūm familiaritates appete
bat eorum. ~~ANIMI MOLLES & ætate fluxi: dolis haud~~
~~difficul ter capiebantur.~~ Nam & cuiusq; studiū ex ętate
flagrabat: alijs scorta ꝑbere: alijs canes: atq; equos mer
cari postremo neq; sūptui; neq; modestię suæ pcere: dū

Cultū acci pim⁹ ꝓ elegātia que apđ veteres ꝓ vitio sepi⁹ reponebat. Qđ catonis autoritate ꝓbat gelli⁹ scribēs elegātē dictū antiq̄t⁹ nō ab ingenū elegantia: sȝ q̄ nimis leto ameno cultu esset. Cult⁹ adhoc apđ veteres nūc i bonā nūc i malā ptē accipiebat. Horati⁹. Mūdus erit q̄ nō offēder sordib⁹ atq; i neutrā ptē cultus miser. Lupanaria sunt lustra meretricū. Qui bus vicus plen⁹ ē vn⁹ malis artibus ibꝫ.

illos obnoxios: filios q̃ sibi faceret. Scio fuisse nonnullos: qita existimarēt iuuētutē quæ domū Catilinæ frēquētabat: parū honeste pudicitiā habuisse. Sed ex alijs rebus magis: quā qd' cuiquā id cōpertū foret: hęc fama valebat. Iam primū adolescens Catilina: multa nefanda stupra fecerat cū virgine nobili: cū sacerdote * Vestæ, alia huiuscemodi cōtra ius: fasq; postremo capt⁹ amore aut eliæ Orestillæ, cuius pręter formā nihil vnq; bonus laudauit, quod ea nubere illi dubitabat: timens priuignum adultum ætate: p certo creditur necato filio: vacuam domum scelestis nuptijs fecisse. Quę quidem res mihi imprimis videtur causa fuisse facinoris maturādi. Nāq; animus impurus dijs hominibusq; infestus: neq; vigilijs: neq; quietibus sedari poterat: ita consciētia mētem exagitatā vastabat. Igitur color eius exanguis: fœdi oculi: citus modo: modo tardus incessus: prorsus ī facie, vultuq; vecordia inerat. Sed iuuentutē quā (vt supra diximus) illexerat: multis modis mala facinora edocebat: ex illis testes: signatores falsos cōmodare fidem: fortunas pericula vilia habere. Post vbi eorum famam: atq; pudorem attriuerat: maiora alia imperabat, si caussa peccandi in pręsens minus suppetebat: nihilominus insontes sicuti sontes circūuenire: iugulare, scilicet ne per otium torpescerent manus aut anim⁹, gratuito potius malus atq; crudelis erat. His amicis: socijsq; confisus Catilina: simul quod æs alienū per oēs terras ingēs erat, & qd' pleriq; Syllani milites largius suobsi rapi-

Malicia catiline.

* Virginē vestalē attigere nefaserat: & si vulgo p̄ ipa deōhē debat iterrā viua defodiebat

Infest⁹ dr viz iferēs.

Illexere il laqre est

Insontes iculpabiles opprimere doce bat.

Pro perat ad cōiurationē describēdaz cum dr catilina.

natũ & victoriæ veteris memores: ciuile bellũ exoptabant: opprimendæ Reip. consiliũ cœpit. In Italia nullus exercitus erat. Gn. Pompei⁹ in extremis terris bellũ gerebat ipi consulatũ petẽdi magna spes senatus nihil sane intẽtus: tute tranquillæq; res omnes. Sed ea prorsus opportuna Catillinæ videbant. Igitur circiter calendas Iunias. L. Cæsare: & G. Figulo consulibus primo singulos appellare: hortari alios: alios tẽtare: opes suas: imparatã Rẽp. magna premia cõiurationis docere. Vbi satis explorata sunt quæ voluit in vnũ omnes cõuocat: quib' maxĩa necessitudo & plurimũ *audacie inerat: eo oẽs cõuenere senatorij ordinis. P. *Lentul' Sura. P. Autronius. L. Cassius Lõginus. C. Cethegus. P. Seruius Sylla Seruij filij. L. Vergũteius. Q. Annius. M. Porti⁹ Lecca. L. Bestia. Q. Curi⁹. Præterea ex equestri ordine. M. Fuluius nobilior. L. Statilius. P. Gabinius Capito. C. Cornelius. Ad hoc multi ex colonijs & municipijs domi nobiles erãt. Preterea complures paulo occulti⁹ cõsilij huiusce participes nobiles: quos magis dominationis spes hortabat: quã inopia aut alia necessitudo. Cetærũ iuuentus pleraq;: sed maxime nobiliũ Catilinæ ceptis fauebat quibus in otio vel magnifice vel molliter viuere copia erat: incerta pro certis: bellũ, quã pacẽ malebant. Fuere item ea tempestate qui crederẽt. M. Liciniũ Crassum nõ ignarũ eius cõsilij fuisse, quia Gn. Põpeius inuisus ipsi magnũ exercitũ ductabat: cuiusuis opes voluisse contra illius potentiam crescere simul confisum si cõiuratio

Necessitudo & necessaria ꝑpinquitas

*Subdit Sallusti' cõiuratoꝝ nomina.

*Audacia ꝑ fiducia iterdũ accipitur. Cice. Nec vires eis: nec audacia nec tela defuere accipit̃ et audacia iterdũ ꝑ temeritate. Crisp⁹ salusti⁹. Audacia pro muro habetur.



De colonijs ꝙmultitudo iuuenũ catiline ceptis catiline fauebant.

valuisset facile apud eos se principē fore. Antea item cō iurauere pauci contra Remp. in quibus Catilina fuit de qua quā verissime potero dicā. L. Tullo & M. Lepido cō sulibus. P. Antronius: & P. Sylla designati consules: legibus ambitus interrogati pœnas dederant. Post paulo Catilina pecuniarum repetundarum reus: prohibit⁹ erat petere consulatū: quod intra legitimos dies profiteri nequiuerit. Erat eodem tempore Gn. Piso adolescens nobilis: summæ audatiæ: egens: factiosus: quē ad perturbādam Remp. inopia: atq; mali mores stimulabant. Cum hoc Catilina: & Antronius: circiter nonas decēbris communicato consilio parabant in capitolio, calendis Ian. L. Torquatum: & L. Cottā consules īterficere: Ipsi fascibus correptis Pisonem cum exercitu ad obtinēdas duas Hispanias mittere. Ea re cognita rursus in nonas Februarias consilium cædis transtulerunt. Iam tum nō cōsulibus modo: sed plerisq; senatoribus pernitiem machinabantur: quod ni Catilina maturasset pro curia signū socijs dare eo die post conditā vrbem Romā pessimū facinus patratum foret: quia nondum frequentes armati conuenerant ea res consilium diremit. Postea Piso in Citeriorem Hispaniam quæstor pro pretore missus est adnitente Crasso: quod eum infestum inimicum Gn. Pompeio cognouerat. Neq; tamen senatus prouinciam inuitus dederat: quippe fœdum hominē a Rep. pcōsul esse volebat, simul quia boni complures præsidium in eo putabant. Etiam tum potentia Gn. Pompeij formidolosa

docet quomodo catilina ad cōiurationē pclinis fuerit cū dicitur lucio.

Repetūdarū a puincialib⁹ accusat is q pses puincie alienas pecunias aut vi aut dolo expilauit.

Fasces p magistratu & honore capi hoc Verg. vsu liquet. Nō illum pplifasces nō purpura flexit.

Pisones a gnomē adiūctū nō ppio ab cultus euētu a pisis.

Missio pisonis in hispaniam.

Quō piso i hispaniā pgās occisus est. Notanda hic vozista preterea q̄ hoc i loco tps pteritū sigt qđ adnotauit Agretius qđ rarissie inuenies.

erat. Sed is Piso in prouinciam ab equitibus Hispanis: quos in exercitu ductabat: iter faciens: occisus est. Sunt qui ita dicunt imperia eius iniusta: superba crudelia barbaros nequiuisse pati: alij autē eqtes illos Gn. Pomp. veteres fidosq; clientes voluntate eius Pisonē aggressos: nūq̃ Hispanos præterea tale facinus fecisse: sed imperia sæua multa antea perpessos. Nos eā rem in medio relinquemus. De superiori coniuratione satis est dictum.



Hic catilinę cōiurationē psequit: afferēs orōnē quā ad populares & nūcios habuerat.



Atilina vbi eos quos paulo ante memoraui cōuenisse videt: tametsi multa cum singulis sæpe gerat: tamen in rem fore credens vniuersos appellare & cohortari in abditam partem ædium secessit: atq; ibi omnibus arbitris procul amotis orationem huiuscemodi habuit. Nisi virtus atq; fides vestra satis spectata mihi foret: nequaquam opportuna res cecidisset.

Spes magna dominatio in manibꝰ frustra fuissent. Neq̃ ego p ignauiã, aut vana ingenia incerta p certis captarẽ. Sed q̃a multis, & magnis tẽpestatibus vos cognoui fortes: fidosq̃ mihi: eo animꝰ ausus est: maximũ atq̃ pulcherrimũ facinꝰ incipere simul quia vobis eadẽ q̃ mihi bona malaq̃ esse intellexi. NAM IDEM velle atq̃ idem nolle: ea demũ firma amicitia est. Sed ego q̃ mente agitaui: oẽs iã antea diuersi audistis. Cęterũ mihi ĩ dies magis animus accẽditur cũ cõsidero q̃ cõditio vitæ futura sit: nisi vosmetipsos vindicemur in libertatẽ. Nam postq̃ Resp. in paucorũ potentiũ ius: atq̃ ditionẽ concessit: semper illi Reges Tetrarchæ, vectigales esse populi natiões: stipẽdia pendere: cæteri oẽs strenui boni nobiles: atq̃ ignobiles vulgus fuimꝰ sine gratia: sine autoritate: his obnoxij: quibꝰ si resp. valeret formidini essemus. Itaq̃ omnis gratia: potentia honos: diuitię apud illos sunt: aut vbi illi volũt. Nobis reliquere picula: repulsas iudicia ægestatẽ. Quę quousq̃ tandẽ patiemini o fortissimi viri. Nonne emori p virtutẽ pręstat: quã vitã miserã atq̃ inhonestã vbi alienę superbię ludibrio fueritis: p dedecus amittere. Verumenimuero per deũ atq̃ hominum fidem victoria in manu nobis est: viget ętas animus valet. Contra illis annis atq̃ diuitijs omnia consenuere. Tãtũmõ incepto opus est: cętera res ipsa expediet. Etenim quis mortaliũ: cui virile ingeniũ est: tolerare potest illis diuitias superare quas profundãt in extruẽdo mari: & mõtibus æquandis nobis rem familiarẽ etiã ad necessa-

Facinus hic factũ ac negotiũ significat.

Quõ amicitia fit firma.

Cõditio dicit hic vite qualitas.

Optia res libertas.

Uectigales dicunt q̃ ãnuas pẽsiones aliq̃bꝰ soluere tenentur.

* Profundere est supra modũ exponere. Terẽ. Profũdat: pereat: nihil ad me attinet.

ria deesse? illos binas, aut amplius domos cõtinuare: no bis Larẽ familiarẽ nusquam vllum esse? cum tabulas: signa toreumata emunt: noua diruũt alia ædificãt: postremo omnibus modis pecuniã trahunt vexant tamen summa libidine diuitias suas vincere nequeunt. At nobis est domi inopia: foris æs alienũ mala res spes multo asperior: deniq; quid reliqui habemus præter miserã animã? Quin igitur expergiscimini: en illa quam sæpe optastis libertas. Præterea diuitiæ: decus: gloria in oculis sita sunt: fortuna omnia ea victoribus prẽmia posuit. Res: tẽpus: pericula: ægestas belli spolia magnifica magis quã oratio mea vos hortẽtur: vel ĩperatore: vel milite mevtimini: neque animus: neq; corpus aberit a vobis: hęc ipa vt spero: vobiscũ vna cõsul agam nisi (forte animus me fallit:) & vos seruire magis: quam imperare parati estis. Postquã accepere ea homines: quibus mala abũde oĩa erãt: sed neq; res: neq; spes bona vlla: tametsi illis q etiã rẽp. mouere magna merces videbat̃ tñ postulauere plerisq;: vt proponeret: quæ conditio belli foret: quæ p̃mia armis peterent: quid vbiq; opus aut spei haberẽt. Tũ Catilina polliceri tabulas nouas proscriptionẽ locupletiũ magistratus sacerdotia: rapinas: aliaq; oĩa: quæ bellum atq; victorũ libido fert. Præterea esse in Hispania citeriore Pisonẽ dicebat in mauritania cum exercitu P. Sicinũ Nucerinũ consilij sui participes. Petere consulatũ C. Antonium: quẽ sibi collegã fore spectaret: hominem familiarem & omnibus necessitudinibus circumuẽtum

cum co

Toreuma tadñr opa artificiose sculpta.

Qui diues fuerit non erit innocẽs a pctõ

Fortũa posuit victoribꝰ ea oĩa premia: libertatẽ diuitias decus glãm.

* Proseq̃tur Crispꝰ Sallustiꝰ ea q̃ Catiline orõne secuta sũt dicens. Postq̃ &c.

cum eo se consule initium agendi belli facturū. Ad hæc maledictis increpabat omneis bonos: suorū vnumquenq̄ nominãs laudare: admonere alium egestatis: alium cupiditatis suę: cōplures periculi, aut ignominiæ: multos Syllanæ victoriæ: quibus ea prædæ fuerat. Postq̄ omnium animos alacres videt: cohortatus vt petitionē suam curæ haberent: dimisit conuentum. Fuere ea tempestate qui dicerent Catilinam oratione habita cum ad iusiurandum populares sceleris sui adduceret: humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circumtulisse. inde cum post execrationem omnes degustassent: sicuti in solennibus sacris fieri consueuit. dicit aperuisse cōsiliū suū atq̄ eo dictā rē fecisse: quo inter se magis fidi forent: alius alij tāti facinoris conscij. Nōnulli ficta & hęc & multa præterea existimabant esse ab his: qui Ciceronis inuidiā: que postea orta est: leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui pœnas dederāt. Nobis ea res p magnitudine parū comperta est. Sed in ea coniuratiōe fuit Q. Curius natus haud obscuro loco: flagitijs atque facinoribus coopertus: quē censores Senatu pbri gratia amouerant: huic homini non minor vanitas: q̄ audacia inerat: neq̄ reticere, quæ audierat: neq̄ sua & ipe scelera occultare prorsus neq̄ dicere: neq̄ facere: quicquā pensi habebat. Erat ei cum Fuluia nobili muliere stupri vetus consuetudo: cui cū min' gratus esset: quod inopia minus largiri poterat: repente glorians maria: monteisq̄ polliceri cœpit: & minari īterdū ferro: nisi sibi obno-

Syllana victoria a sylla habita.

Alacer et prōptus.

Tēpestas q̄ tpe capitur.

De curio et eius origine ac vita.

xia foret. Postremo ferocius agitare: quam solitus erat. At fuluia insolentie Curij caussa cognita: tale periculū Reipublice haud occultū habuit: sed sublato autore; de Catiline coniuratione: quæ & quomodo audierat compluribus narrauit.

De fuluia illa muliere.

Ea res in primis studia hominū accēdit ad consulatum mandandum. M. Tullio Ciceroni. Nāꝗ antea pleraꝗ nobilitas inuidia æstuabat: & quasi pollui consulatum credebat: si eum quasi quāuis egregius nouus homo adeptus foret. Sed vbi periculū aduenit: inuidia, atꝗ superbia postfuere. Igitur comitijs habitis consules declarātur. Mar. tullius, & .C. Antonius quod factum primo populares coniurationis concusserat: neꝗ tamen Catilinæ furor minuebatur: sed in dies plura agitare: arma per Italiam locis opportunis parare: pecuniam sua fide, aut amicorum sumptam mutuam. Fesulas ad Manlium quendam portare: qui postea princeps fuit belli faciundi.

Manifestatio cōiurationis catiline romanorum studia ad cōmittēdum cōsulatū ciceroni accēdit.

Furor Catiline.

Ea tempestate plurimos cuiusꝗ generis homines asciuisse sibi dicitur. Mulieres etiam aliquot quæ primo ingentes sumptus: stupro corporis tolerauerant post vbi ætas tantummodo quæstui: neꝗ luxuriæ modum fecerat: æs alienum grande conflauerant. Per eas se Catilina credebat posse seruitia vrbana sollicitare. Vrbem incendere: viros earum vel adiungere sibi vel interficere. Sed in his erat Sepronia: quę multa sæpe virilis audaciæ facinora commiserat. Hæc mulier genere atꝗ forma: præterea viro: ac liberis satis fortunata fuit. Literis grecis & latinis docta: psallere & saltare ele

Quid catilina per vetulas agere credebat.

seruitia

De sempronia muliere literis græcis et latinis docta libidinosa tamen

gantius: quam necesse est probæ, multa alia, quæ instrumenta luxuriæ sunt. Sed ei cariora semper omnia, quam decus atq; pudicitia fuit. Pecuniæ an famæ minus parceret: haud facile discerneres. Libidine sic accensa; vt sepius peteret viros, quam peteretur. Sed ea sepe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat: cedis conscia fuerat, luxuria, atq; inopia preceps abierat. Verum ingenium eius haud absurdum: posse versus facere, iocum mouere, sermone vti, vel modesto, vel molli, vel procaci. Prorsus multe facetie, multusq; lepos inerat. His rebus comparatis: Catilina nihilominus in proximum annum consulatum petebat: sperans si designatus foret: facile se ex voluntate Antonio vsurum. Neq; interea quietus erat, sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni. Neq; illi tamen ad cauendum dolus, aut astutie deerant: Namq; à principio sui consulatus multa pollicendo, per Fuluiam effecerat, vt. Q. Curius de quo paulo ante memoraui: consilia Catiline sibi proderet. Ad hoc collegam suum Antoniũ pactiõe puincie perpulerat: ne contra rempu. dissentiret: circũ se presidia amicorũ: atq; clientium occulte habebat. Postq; dies comitiorum venit: & Catiline neq; petitio, neq; insidie, quas cõsuli fecerat: prospere cessere: cõstituit bellũ facere, & extrema oĩa experiri, quoniã quæ occulte tẽptauerat, aspera, fœdaq; euenerãt. Igitur. G. Mãliũ Fesulas, atq;, in eã patrẽ Hetruriæ: Septimũ quẽdã Camertẽ agrũ Picenum. C. Iuliũ in Apuliam dimisit: præterea

De sempronia muliere nota.

De idoneitate ingenij sempronie.

Curiũ amica reddit ad catilinã dicens catilina his rebus

Quod catilina molit[9] est recitat quod catilina cõstituit.

alium alio: quē vbiq; opportunū sibi forte credebat. Interea Romæ multa simul moliri: cōsuli insidias tendere

Decaio in lio.

parare incēdia: opportuna loca armatis hominibus obsidere: ipse cū telo eē. Item alios iubere: hortari: vti semper intenti paratiq; essent: dies noctesq; festinare, vigilare, neq; ī somnijs, neq; labore fatigari. Postremo vbi multa agitanti nihil procedit: rursus intempesta noc coniurationis principes conuocat per. M. Porciū Lecc

De. mālio.

Ibiq; multa de ignauia eorum questus docet se Mālium premisisse ad eam multitudinē: quā ad capiēda arma p rauerat. Item alios in alia loca opportuna: qui initiu belli facerent: seq; ad exercitū proficisci cupere: si pri Ciceronē oppressisset, eum suis consilijs multū offic

Docet qđ respōsum sit: & qbus cum dicti igitur.

Igitur perterritis ac dubitantibus cæteris. C. Corneli eques Romanus operā suam pollicitus: & cū eo. L. V gunteius Senator: constituere ea nocte paulopost c armatis hominibus: sicuti salutatum introire ad Cic nem: ac de improuiso domi suæ imparatum confode Q. Curius vbi intelligit: quantum periculum cons impendeat propere per Fuluiam Ciceroni dolum: parabatur, enunciat. Ita illi ianua prohibiti tantum

Decurio vargūtei & cornelij de liberatione intelligente.

cinus frustra susceperant. Interea Manlius in Hetru plebem sollicitare: egestate simul ac dolore iniuriæ n rū rerū cupidā qđ Syllæ dominatiōe, agros: bonaq; amiserat. Præterea latrones cuiusq; generis quorum regiōe magna copia erat, nōnullos ex Syllanis colo quibus libido: atq; luxuria ex magnis rapinis nihil

liqui fecerãt. Ea cũ Ciceroni nũtiarẽtur: ancipiti malo permotus: quod neq̃ vrbem ab insidijs priuato consilio longis tueri poterat: neq̃ exercitus Manlij quantus aut quo consilio foret: satis cõpertum habebat. Rem ad Senatũ refert iam antea vulgi rumoribus exagitatã: Itaq̃ (quod plerunq̃ in atroci negotio solet) Senatus decreuit: vt darent operam cõsules: ne quid Resp. detrimẽti caperet. Ea potestas per Senatum more Romano magistratui maxima permittitur: exercitum parare, bellũ gerere, coercere omnib⁹ modis socios: atq̃ ciues, domi militiæq̃ imperium, atq̃ iudicium summum habere, aliter sine Populi iussu nulli earũ rerũ cõsuli ius est. Post paucos dies. L. Seruí⁹ Senator, ĩ senatu literas recitauit quas Fesulis allatas sibi dicebat: in quibus scriptũ erat. C. Manliũ arma cœpisse: cum magna multitudine ante diem. VI. Ca. Nouemb. simulq̃ (id quod in tali re solet) alij portenta: atq̃ prodigia nũciabãt: alij conuentus fieri: arma portari Capuæ: atq̃ in Apulia seruile bellũ moueri. Igitur Senat⁹ decreto. Q. Marti⁹ Rex Fesulas. Q. Metellus Creticus in Apuliã: circũq̃ ea loca missi sunt. Hi vtriq̃ ad vrbem imperatores erãt impediti: ne triũpharẽt calumnia paucorum: quibus omnia honesta: atq̃ inhonesta vendere mos erat. Sed prætores. Q. Pompeius Ruffus capuã. Q. Metellus Celer in agrũ Picenũ. hisq̃ permissum est vti pro tempore: atq̃ periculo exercitum cõparet. Ad hoc si q̃s indicauisset de cõiuratione quæ contra Rempu. facta erat: præmiũ decreuerũt ser-

Predictorũ ciceriỹ nũtiatio.

Quid Senat⁹ decreuit re cognita.

Quid scriptũ erat i literis ab oppido hetrurie missis q̃s lucius Seru⁹ in Senatu recitabat.

Decretũ senatus.

*Quid v̄bũ hoc ad vrbẽ signi ficet elegãter expõit Asconius his v̄bis. Ois enim magistratus q̃ itra muranus nõ est et si admistrator rõme ẽ ad vrbẽ dicitur.

uo libertatē: & sestertia centum: libero impunitatē eius rei: & sestertiorum ducēta milia. Itemq; decreuere: vti gladiatoriæ familiæ Capuam: & in cætera municipia distribuerentur pro cuiusq; opibus. Rome per totam vrbē vigiliæ haberentur: hisq; minores magistratus præessent. Quibus rebus permota ciuitas: atq; immutata vrbis facies erat: ex summa lætitia: atq; lasciuia: quæ diuturna quies pepererat repēte oīs tristitia īuasit festinare trepidare, neq; loco: neq; cuiquā homini satis credere neq; bellum gerere neq; pacē habere: suo quisq; metu pericula metiri. Ad hoc mulieres quibus pro Repu. magnitudine belli timor insolitus incesserat: afflictare sese manus supplices ad cœlum tendere: miserari paruos liberos rogitare, oīa pauere, superbia atq; delitiis omissis: sibi, patriæq; diffidere. At Catilinæ crudelis animus eadem illa mouebat: tametsi præsidia parabātur: & ipse plautia lege interrogat⁹ erat ab. L. Paulo postremo dissimulādi causa: aut sui expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret: venit in senatū. Tum Marcus Tullius consul siue præsentiam eius timens: siue ira commotus orationem habuit luculētam: atq; vtilē Reipub. quam postea scriptam edidit. Sed vbi ille assedit: Catilina vt erat paratus ad simulanda omnia: demisso, vultu, voce supplici postulare a patribus cœpit: ne quid de se temere crederent: ea familia ortum: ita ab adolescentia diebat vitam instituisse: vt omnia bona in spe haberet: neq; existimarent sibi patritio homini: cuius

Describit afflictionē & cōcussionē ciuitat; rome ex nouitate rerum orte dicēs qb⁹.

Romanorū ad deū oratio.

Post afflictiones et cōiurationē aliorū infert crudelitatem animi catiline qui nulla miseratione frāgi poterat: cuz dicit catilie.

sius atq; maiorum plurima beneficia in plebem Ro. erãt perdita Repu. opus esse: cũ eam seruaret. M. Tullius inquilinus ciuis vrbis romę. Ad hæc maledicta alia cũ adderet: obstreperẽ oẽs: hostem: atq; parricidã vocare. Tũ ille furibundus, qm quidẽ circũuentus inquit: ab inimicis pręceps agor: incẽdiũ meũ ruinã restinguã. Deinde se ex curia domũ proripuit: sibi multa secum ipe voluens: quod neq; insidiæ cõsuli pcedebãt: & ab incendio ĩtelligebat vrbẽ vigilijs eẽ munitã: optimũ factu credẽs exercitũ augere: ac priusq; legiones scriberent multa ante capere: quæ bello vsui forent: nocte intempesta cũ paucis in Mãliana castra profectus est. Sed Cethego, atq; Lentulo cæterisq;, quorũ cognouerat promptã audaciam mandat quib⁹ rebus possent: opes factionis confirment: insidias consuli maturent: cędẽ: incẽdia: alia q̃ belli facinora parent: sese propediẽ cũ magno exercitu ad vrbẽ accessurũ. Dum hec Romæ gerũtur. C. Manli⁹ ex suo numero legatos ad. Q. Martiũ Regem mittit cum mandatis huiuscemodi.

¶ Comme[mo]rat quõ se[nat]u erupe rit & qd deinceps catilina egerit cũ dixit tum ille. Nox intẽpesta dicit media nox.



DEos: hominesq; testamur Imperator: nos arma neq; contra Patriã cœpisse: neq; quo periculũ alijs faceremꝰ: sed vti corpora nostra ab iniuria tuta forent: qui miseri: egentes: violentia: atq; crudelitate fœneratorũ pleriq; patria: sed oms fama, atq; fortunis expertes sumus. Neq; cuiquam nostrum licuit more maiorum lege vti: neq; amisso patrimonio, liberum corpus habere: tanta sæuitia fœneratorum,

De Manlio Catilinarij exercit⁹ ductore: & quõ misit ad quintũ martiũ iperatorẽ missum in agrum pisenũ & qd dicit.

atq; ꝑtoris fuit. Sæpe maiores nostri miserti plebis Romanæ: decretis suis: inopiæ eius opitulati sūt. Ac nouissime memoria nostra propter magnitudinē æris alieni: volentibus omnibus bonis: argentū ære solutum est. Sepe ipa plebs aut dominādi studio ꝑmota: aut superbia magistratuū armata: a patribus secessit. At nos non imperium: neq; diuitias petimus: quarum rerum causa bella: atq; certamina inter mortales: omnia sunt. Sed libertatem: quam nemo bonus: nisi cum anima simul amittit.

Boni sunt liberi, mali vero serui.

Te, atq; Senatum obtestamur: vt consulatis miseris ciuibus: legis præsidium quod iniquitas prætoris eripuit restituatis: neue nobis eam necessitudinem imponatis: vt quæramus quonam modo maxime vlti sanguinē nostrum pereamus.

Hoc sic exponit ne ex salutis desperatione cogamur in respu. gubernatores dubius agere.

Ad hæc. Q. Marcius respondit: si quid a senatu petere vellent, ab armis discedant: Romam supplices proficiscantur: ea mansuetudine: atq; misericordia Senatum, & populum Romanum semper fuisse: vt nemo vnquam ab eo frustra auxiliū petiuerit. At Catilina ex itinere plerisq; consularibus: ꝑterea optimo cuiq; literas mittit, se falsis criminibus circūuentū: quoniā factioni inimicorū resistere nequiuerit: fortunæ cedere Massiliā in exilium proficisci: nō quo sibi tanti sceleri cōscius esset: sed vti respub. quieta foret: neue ex sua cōtentione seditio oriretur. Ab his longe diuersas literas. Q. Catulus in Senatu recitauit: quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat. Earum exemplum infra scriptū est

q catilina dū iter faceret misit literas.

L. Catilina Quinto Catulo salutem.





[E]Gregia tua fides recognita grata mihi magnis in meis periculis fiduciam commendationi meæ tribuit. Quamobrem defensionem in nouo consilio nō statui parare satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decreui: quam mediusfidius licet veram cognoscas. Iniurijs contumelijsq; concitatus quod fructu laboris: industriæq; meæ priuatus statum dignitatis non obtinebam publicam miserorum caussam pro mea consuetudine suscepi. Non quin es alienum meis nominib⁹ ex possessionibus soluere possem: cum & alienis nominibus liberalitas Aureliæ Orestilæ suis: filiæque copijs persolueret: sed quod non dignos homines honore honestatos videbam: meq; falsa suspitione alienatum esse sentiebam: hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliquæ digni

Luci⁹ catilina quinto catulo salutez dicit.

Orestilla mulier infamis fuit.

Liberalitas munificentia dr.

Suspitio importat opinionez mali quando ex leuibus indicijs procedit.

tatis conseruandæ sum secutus. Plura cum scribere vel-
lem nunciatum est mihi vim parari. Nunc Orestillam ti-
bi cōmēdo tuæq; fidei trado: eā ab iniuria defēdas: ꝑ li-
beros tuos rogatus: aueto. Sed ipē ꝑ paucos dies cōmo-
ratus apud. C. Flaminiū ī agro Rheatino: dū ciuitatē an
tea sollicitatā ab eo armis exornat: cū fascibus atq; alijs
Imperij īsignib9 ī castra ad Māliū cōtēdit. Hæc vbi Ro-
mæ cōperta sunt. Senatus Catilinā et Māliū hostes iu-
dicat: cæteræ multitudini diem statuit: ante quam sine*
fraude liceret ab armis discedere: præter rerum capita-
lium condemnatis. Præterea decreuit vti consules dele-
ctum habeant. Antonius Catilinam cum exercitu perse-
qui maturet. Cicero Vrbi p̄sidio sit. Ea tempestate mihi
Imperiū populi Romani multo maxime visum est mise
rabile: cui ad occasum ab ortu solis, oīa domita armis
parerēt: domi otium: atq; diuitię, prima mortales putāt
affluerent: fuere tamen ciues qui se, qui Remq; publicā
obstinatis animis perditum irent. Nāq; ex duobus Sena
tus Decretis: ex tanta multitudine neq; præmio indut9
cōiurationē patefecerat: neq; ex castris Catilinæ q̄squā
oīm discesserat. Tāta vis morbi: atq; vti tabes: plerosq; ci
uiū animos inuaserat. Neq; solum illis aliena mens erat:
q̄ cōscij cōiuratiōis fuerāt. Sed oīno cūcta plebs nouarū
rerū studio Catilinæ īcepta ꝓbabat. Id adeo videbat̄ mo
re suo facere. Nā semper ī ciuitate: q̄b9 opes nullæ sunt:
bonis inuidēt: malos extollunt: vetera odere: noua exo
ptāt: odio suarū rerū mutari omnia studēt: turba atq; sedi

Postq̄ cō pertū ē catilinā ī māliū castra se recepisse q̄d senat9 decreuit.

q̄ prauitas ciuiū animos inuaserat.

Paupes bonis diuitib9 inuidēt

* fra9 hic pro p̄iculo ponitur in quā signi ficationē veteres iurisconsulti sepi9 vsurpauere: vt ait Seruī9 illud p̄gi li[?]exponēs Quis de9 li fraudem

Ad hoc p̄ter cōdennatis dictū p̄ cōdēnatos: quā rem obseruauit p̄rī sciān9 in libris de cōstructione

tionibus ſine cura aluntur, quoniã egeſtas facile habet ſine dãno. Sed vrbana plebs: ea vero præceps erat multis de cauſſis. Primũ oĩm, qui vbiq; ꝑbro, atq; petulantia maxime præſtabãt. Item alij qui per dedecora, patrimonijs miſſis poſtremo oẽs, quos flagitium: aut facinꝰ domo expulerat: hi Romã ſicuti in ſentinã, cõfluxerãt. Deinde multi memores Syllanę victorię: qđ ex Gregarijs militibꝰ alios Senatores videbãt: alios ita diuites: vt Regio victu, atq; cultu ætatẽ agerẽt: ſibi quiſq;, ſi victoria in armis foret: talia ſperabat. Pręterea iuuentus quæ in agris manuum mercede inopiã tolerauerat: priuatis atq; publicis largitionibꝰ excita: vrbanũ otiũ ingrato labori prætulerat. Eos atq; alios oẽs in malũ publicũ alebat. Quo minꝰ mirãdam eſt hoĩes egẽtes: malis moribꝰ maxima ſpe Reipub. iuxta ac ſibi conſuluiſſe. Præterea quorꝫ victoria Syllæ parẽtes ꝓſcripti: bona erepta: ius libertatis imminutũ erat: haud ſane alio aĩo belli euentum expectabãt. Ad hoc quicũq; aliarum, atq; Senatus partium erãt, cõturbati Remp. quã minꝰ valere ipſi malebãt. Ideo malũ id adeo multos poſt annos in ciuitatẽ reuerterat. Nam poſtquã. Gn. Põpeio, & M. Craſſo cõſulibus tribunitia poteſtas reſtituta eſt, hoĩes adoleſcentes ſummã poteſtatẽ nacti: quibus ætas animuſq; ferox erat cœpere Senatum criminãdo plebẽ exagitare Dein delargiendo, atq; pollicitando magis incẽdere. Ita ipſi clari: potenteſq; fieri: contra eos ſumma ope nitebatur pleraq; nobilitas Senatus ſub ſpecie pro ſua magnitu-

Plebs vrbana propter multas cãs erat ad ruinam feſtinans.

Gregariꝰ dr miles nõ electꝰ.

Gneus põpeiꝰ marcꝰ craſſꝰ cõſules qđ fecerunt.

ꝙ nobiliũ mltitudo totis viribus ſub ſenatꝰ noĩe ↄtra tales ſeditioſos nitebãt.

dine. Nāq; vti (paucis verum absoluā) post illa tēpora quicūq; rempu. agitauere: honestis nominibus alij sicuti iura Populi defēderēt: pars quo Senat⁹ autoritas maxima foret: bonū publicū simulātes ꝓ sua quisq; potentia certabāt: neq; illis modestia neq; modus contētionis erat. Vtriq; victoriam crudeliter exercebant. Sed postquam Gn. Pompeius ad bellum maritimū: atq; Mithridaticum missus est: plebis opes imminutæ: paucorū potentia creuit. Hi magistratus prouincias aliaq; oīa tenere. Ipsi innoxij florētes: sine metu ętatē agere: cęterosq; iudicijs terrere: quo plebē i magistratu placidi⁹ tractarent. Sed vbi primū dubijs rebus nouādis spes oblata ē vetus certamē aīos eorū arrexit. Quod si primo prælio Catilina supior: aut æqua manu discessisset, ꝑfecto magna clades atq; calamitas Rēp. oppressisset, neq; illis q victoriā adepti forēt diuti⁹ ea vti licuisset: quin defessis & exanguibus q plus posset imperiū: atq; libertatē extorqueret. Fuere tamē extra cōiurationē cōplures: q ad Catilinā initio ꝑfecti sunt. In his erat Fuluius Senatoris filius: quē retractū ex itinere parēs iussit necari. Iisdē tēporibus Romæ Lentulus sicuti Catilina præceperat: quoscūq; moribus: aut fortuna nouis reb⁹ idoneos credebat: aut per se aut ꝑ alios sollicitabat: neq; solū ciues sed cuiuscūq; modi genus hominum, quod modo bello vsui foret. Igitur. P. Vmbreno cuidā negotiū dat: vti legatos allobrogum requirat: eosq; si possit: īpellat ad societatē belli: existimās publice: priuatimq; ære alieno

Gneus pōpei⁹ ob virtutem magn⁹ dict⁹ missus est: vt imperator a senatu romano ad bellū in mari gerēdū ɔtra piratas quos intra quadragesimū diē sub egit vt inquit plin.

Docet q̇d ab his ɔiuratis q̇ rome dereli cti fuerāt interea actū est cū dicit hisdē temporibus.

oppressos. Præterea quod natura Gallica gēs bellicosa esset: facile eos ad tale consilium adduci posse. Vmbrenus quod in gallia negociatus erat: plerisq; principib⁹ ciuitatum notus erat: atq; eos nouerat. Itaq; sine mora vbi primum legatos in foro conspexit: percōtatus pauca de statu ciuitatis: & quasi dolēs eius casum: cœpit requirere: quē exitū tantis malis sperarent. Postquam illos videt queri de auaritia magistratuum, accusare Senatum, quod ī eo auxilij nihil esset: miserijs suis remedium, mortē expectare. At ego inquit vobis, si modo viri esse vultis, rationem ostendam: qua tanta ista mala effugiatis. Hæc vbi dixit: Allobroges in maximam spem adducti: Vmbrenum orare: vt sui misereretur: nihil tā asperum: neq; tam difficile esse: quod non cupidissime facturi essent: dū ea res ciuitatē ære alieno liberaret. Ille eos in domum. D. Bruti perducit: quod foro ꝓpinqua erat neq; aliena consilij propter Semproniam. Nam tū Brut⁹ ab Roma aberat. Præterea Gabiniū accersit: quo maior autoritas sermoni inesset. Eo præsente cōiurationē aperit: nominat socios. Præterea multos cuiusq; gñis innoxios: quo legatis animus amplior esset. Deīde eos pollicitos operā suam: domū dimittit. Sed Allobroges diu ī incerto habuere: quidnā cōsilij caperent. In altera parte erat æs alienū: studiū belli: magna merces in spe victorię: at in altera maiores opes: tuta cōsilia: pro īcerta spe certa præmia Hæc illis voluētibus: tandē vicit fortuna Reip. Itaque. Q. Fabio Sāge: cuius patrocinio plu

Allobroges sunt ppli in galia iuxta rodanū vt inqt strabo li. iiij.

de allobrogibus.

allobrogū ciuitas qnti fabij defēsiōe plurimū vtebatur.

48

rimū ciuitas vtebatur:rē omnē vti cognouerāt: aperiūt Cicero per Sangā consilio.cognito:legatis pręcepit:vt studiū coniurationis vehemēter simulēt: cæteros adeāt bene polliceātur:dentq; operā,vti eos q̄ maxīe manifestos habeāt:ijsdē fere tēporib⁹ ī Gallia citeriore,atq; vlteriore:itē ī agro Picenoq;:& Brutio:Apulia mot⁹ erat Nāq; illi quos ante Catilina dimiserat incōsulte:ac veluti p̄ dementiam cuncta simul agebāt nocturnis cōsilijs: armorū,atq; telorū portationibus, festinādo, agitādo, oīa pl⁹ timoris q̄ periculi effecerāt.Ex eo nūero cōplures.Q.Metell⁹ celer p̄tor ex.S.Cons.cognita caussa in vincula cōiecerat.Itē in citeriore Gallia.C.Murena q̄ ei prouincię legatus pręerat.At Romę Lētul⁹ cū cæteris q̄ erāt cōiuratiōis pricipes:paratis, vt videbat̄ magnis copijs cōstituerat,vti cū Catilina in agrū Fesulanū cum exercitu,venisset.L.Bestia.Tri.ple.cōtiōe habita q̄reret̄ de actionibus Ciceronis:belli q̄ grauissimi īuidiā optio cōsuli īponeret.Eo signo proxima nocte cætera multitudo coniurationis suū quisq; negociū exeq̄ret̄: sed ea diuisa hoc modo dicebant̄:Statili⁹ & Gabini⁹vti cū magna manu:duodecim simul opportuna loca vrbis īcēderēt:quo tumultu facilior aditus ad cōsulē,cęterosq; quibus insidiæ parabātur fieret.Cetheg⁹ Ciceronis ianuā obsideret:eumq; vi aggrederetur.Alius autē aliū. Sed filij familiarū: quorum ex nobilitate maxima pars erat parentes interficerent:simul cæde,& incēdio perculsis omnibus: ad Catilinam erumperent. Inter hæc para-

Cōmemorat q̄uo in alijs queq; regioni b⁹tūc tpis commotio erat,p̄pter executōes cōiurationis militū cum dicit hisdem.

de statilio & gabinio.

De cethego viro strenuo.

ta, atq; decreta. Cethegus semp querebat de ignauia sociorũ illos dubitãdo: & dies ꝓlatãdo magnas opportunitates corrũpere: facto nõ cõsulto in tali periculo; op⁹ esse: seq; si pauci adiuuarẽt: languẽtib⁹ alijs impetum in curiã facturũ. Natura ferox, vehemẽs, manu promptus erat. Maximum bonũ in celeritate putabat. Sed allobroges ex precepto, Ciceronis per Gabiniũ cæteros conueniũt ab Lẽtulo: Cethego: Statilio: itẽ Cassio populãt iusiurãdũ: quod signatũ ad ciues perferant: aliter haud facile eos ad tantũ negociũ impelli posse: cęteri nihil suspicantes dant. Cassius semet eo venturũ breui pollicetur ac pauloante legatos: ex vrbe proficiscit. Lẽtulus cũ his Titũ Vulturtiũ quẽdã Crotoniensem mittit: vt Allobroges, priusq; domũ pergerẽt: cũ Catilina data, atq; accepta fide societatẽ confirmarẽt. Ipe Vulturtio literas ad Catilinã dat: quarũ exemplũ infra scriptũ est.

docet qñ diligentia cethegi nõ fortita sit effectu; ꝓpter vigiliã tiã ciceronis ꝓ legatos cõiuratione patefaciẽtis cũ dicit si allobroges.



Qui sim ex eo, quem ad te misi cognosces: fac cogitas in quanta calamitate sis: & meminẽris te virũ esse. Cõsyderes qd tuæ postulent rationes. Auxilium petas ab oĩbus: etiã ab infimis. Ad hæc mandata verbis dat: cũ ab Senatu hostis iudicat⁹ sit quo consilio seruitia repudiet. In vrbe parata esse quæ iusserat: ne cũctetur ipe propius accedere. His rebus ita actis: cõstituta nocte, qua proficiscerẽtur: Cicero per legatos cũcta edoctus. L. Valerio Flacco, & C. Prõptinio prætoribus imperat: vt in ponte Miluio ꝑ insidias Allobrogũ comitat⁹ deprehẽdãt. Rẽ omnẽ aperi; cuius gra-

Exẽplũ literarũ quas lẽtul⁹ volturnio de crotone ciuitate calabrie oriundo ad catilinã dedit.

Pons miluius rome est ꝑ quẽ i hetruriã itur.

tia mitebantur. Cætera vti facto opus sit: ita agant per-
mittit illis hoïes militares: sine tumultu præsidijs collo-
catis: sicuti preceptũ erat: occulte pontem obsidẽt. Post
quã ad id loci legati cum Volturcio venerunt: & simul
vtrimq; clamor exortus est. Galli cito cognito cõsilio,
sine mora prætoribus se tradũt. Volturcius p̃io cohor
tatus ceteros: gladio se a multitudine defendit. Deinde
vbi a legatis desertus est: multa prius de salute sua Prõ-
ptiniũ obtestat᷒: quod ei notus erat. Postremo timidus
ac vidæ diffidens: velut hostibus sese prætoribus dedit
Quibus rebus confectis. omnia propere per nũcios cõ
suli declarãtur. At illũ ingens cura: atq; lætitia simul oc
cupauere. Nã lætabatur intelligens cõiuratione patefa
cta ciuitatẽ periculis ereptã esse. Porro aũt anxius erat
dubitãs in maximo scelere tãtis ciuibus deprehẽsis: q̃
facto opus esset: penã illorũ sibi oneri: impunitatẽ ꝑdi
dæ Reipu. fore credebat. Igitur: cõfirmato animo voc
ri ad sese iubet Lentulũ: Cethegũ: Statiliũ: Gabiniũ: it
ꝙ. Q. Ceparium Terracinensem, qui in Apuliã ad cõcita
da seruitia proficisci parabat. Cęteri sine mora veniũt
Ceparin pauloante domo egressus: cognito indicio e
vrbe ꝓfugerat. Consul Lentulum: quod pretor erat: ip
manu tenens in Senatũ perducit. Reliquos cũ custodi
bus in ædem Concordię venire iubet: Eo Senatũ aduo
cat: magnas frequentia eius ordinis Volturtiũ cũ lega
tis ĩtroducit.: Flaccũ pretorẽ scriniũ cũ literis, quas a le
gatis acceperat: eodem afferre iubet. Volturtius ĩterro
gatus de itinere

Devoltur tio quõ gladio se defendit narrat.

* Occupare ẽ aliq̃d vt cape Lentulus iñã ꝛ ip̃is vocã tibus vrbem hãc accepi nõ occupa ni ꝑprie ẽñ ẽ ante ceteros cape.

Quid post longam disceptatione factũ sit mãdat cũ dr. igit.

ꝙ Volturtius iterrogatus de causa ꝓfectionis ex vrbe ꝛ q̃ literas illas ip̃e dedisset fingebat alter q̃ꝫ erat.

gatus de itinere, & de literis postremo quid, aut qua de causa consilij habuisset. Primo fingere: alia dissimulare de coniuratione. Post vbi fide publica dicere iussus est: omnia vti gesta erant: aperit: docetq; se paucis ante diebus a Gabinio: & Cepario socium accitum: nihil ampli⁹ scire, q̃ legatos tantũmodo audire solituz ex Gabinio. P. Antonium. Seruiũ Syllam. L. Vargũteiũ: multos prę terea in ea cõiuratione esse. Eadẽ Galli fatentur. At Lentulum dissimulantem, coarguũt præter literas sermonibus: quos ille habere solitus erat ex libris Sybillinis: regnũ Romæ tribus Cornelijs portendi: Cinnã atq; Syllã antea se tertiũ eẽ: cui fatatũ foret vrbis potiri. Preterea ab incenso Capitolio: illũ esse vigesimũ annũ: quẽ sæpe ex prodigijs Aruspices respondissent bello ciuili cruẽtum fore. Igitur perlectis literis cum prius omnes signa sua cognouissent: Senatus decreuit, vti abdicato magistratu Lẽtulus itemq; cæteri in liberis custodijs haberẽtur. Itaq; Lentulus. Pu. lentulo Spinteri: qui tum ædilis erat: Cethegus Quĩto Cornificio: Statilius. C. Cesari, Gabinius. M. Crasso: Cæparius (nam is pauloãte ex fuga retract⁹ erat) Gn. Terẽtio Senatori tradũtur. Interea plebs coniuratione patefacta: quæ priõ cupida nouarũ rerum nimis bello fauebat: mutata mente Catilinæ consilia execrari. Ciceronem ad cœlum tollere veluti ex seruitute erepta: gaudium, atque letitiam agitabat, namq; alia belli facinora præde magis: quam detrimento fore Incendium vero crudele: immoderatum ac sibi maxime

aruspices dicũt q̃ exta & oblati oẽs adarãspiscãt: & ide futura p̃dicant.

Traditio plurium & illiquibus traduntur.

demõstrat q̃ prefata cõiuratiõe plebs que existẽs pu̾mo cupida rex nouarũ bello fauebatcum dicit interea.

De crasso de quo tarquinius locutus est

Maria senatoꝝ ps decreuit tarquinij indiciũ reputari falsum q̃ tarquini⁹ nominauerat crassũ eẽ hoiem nobilem

opinio aliquoꝝ de ipo tarquinio loquẽtium.

calamitosum putabat: quippe cui omnes copię ĩvsu cotidiano: & cultu corporis erant Post eum diem quidem Lucius Tarquini⁹ ad Senatũ adductus erat: quẽ ad Catilinam proficiscentẽ retractũ ex itinere aiebant. Is cũ se diceret indicaturũ de cõiuratiõe: si fides publica data esset: iussus a cõsule: q̃ sciret: edíscere, eadẽ fere q̃ Vulturti⁹: de paratis ĩcẽdijs: de cede bonoꝝ: de itinere hostium Senatũ edocet. Pręterea se missum a Marco crasso: q catilinæ nunciaret ne eum Lentulus, & Cethegus: alijq; de coniuratione deprehensi terrerent. Eoq; magis ꝑperaret ad vrbem accedere: quo cæterorũ animos reficeret: & illi facili⁹ e periculo eriperentur. Sed vbi Tarquinius Crassum nominauit hominẽ nobilem, maximis diuitijs summa potentia: alij rem incredibilem rati. pars tametsi verum existimabant: tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis leniunda: quam exagitanda videbatur, plerique Crasso ex priuatis negotijs obnoxij: conclamant indicem falsum esse: de que ea re postulãt vti referatur. Itaque cõsulẽte Cicerone: frequens Senatus decreuit. Tarquinij indicium falsum videri. Eumq; in vinculis retinendum: neque amplius potestatẽ sui faciũdi nisi de eo indicaret: cuius consilio tantam rem esset molitus. Erant eo tempore qui existimarent indicium illud a. P. antonio machinatum, quo facilius appellato Crasso per societatem periculi: reliquos illius potentia tegeret. Alij Tarquinium immissum a Cicerone aiebant: ne Crassus more suo suscepto: maloꝝ patrocinio Rempu-

conturbaret. Ipsum crassum ego postea prædicantē au⸗
diui tantā illā contumeliā sibi a Cicerone paratam. Sed
iisdē tēporib⁹. Q. Catullus: & G. Piso, neq; precib⁹, ne
q; gratia, neq; precio Ciceronē impellere potuere, vti p
Allobroges: aut per aliū indicē. C. Cęsar falso nomina⸗
retur, Namq; vterq; graues inimicitias cum illo exer⸗
cebant. Piso oppugnat⁹ in iudicio pecuniarū repetūda
rum: propter cuiusdam trāspadani supplicium iniustum
Catulus ex petitione pōtificatus odio incensus: qđ ex⸗
trema ętate maximis honorib⁹ vsus: ab adolescētulo Cę
sare vict⁹ discesserat. Res aūt opportuna videbat̄, qđ is
priuatī egregia liberalitate publicę maximis munerib⁹
grādē pecuniā debebat. Sed vbi cōsulē ad tm̄ facin⁹ im⸗
pellere nequeūt: ipsi sigillatim circūeūdo: atq; emētien
do: q̄ se ex Vulturtio: aut Allobrogib⁹ audisse dicerent:
magnā illi inuidiā cōflauerāt: vsq; adeo: vt nōnulli eqtes
Romāi q p̄sidij caussā cū telis erāt circū ædē Cōcordię
seu periculi magnitudine: seu animi mobilitate impulsi
quo studiū suum in Republica clarius esset egredienti
ex Senatu Cæsari gladio minitarentur. Dum hæc in Se
natu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & Tito Vol
turtio: cōprobato eorū indicio: præmia decernūtur. Li⸗
bertini & pauci ex clientib⁹ Lentuli diuersis itinerib⁹
opifices: *atq; seruitia in vicis ad eū eripiendū sollicita
bant. Partim exquirebant duces multitudinū: q pretio
rēp. vexare soliti erāt. Cethegus autē per nuntios: fami
liā, atq; liberos suos electos: & exercitatos orabat ī au⸗

piso ⁊ catu lus cū ce. sare gra ues inimi citias exer cebant.

piso ⁊ catu lus cicero nē ↄsulē in pellere nō potuerunt ad tantū facinus.

Opifices operarij dn̄r siue me chari vocā tur.

*opifex artifex at ↄ operator ē nō mōre rum sed ēt verbo. Ci. Aduenaq̄ dā ignobi lis verbo rū opifex i sinuasse se i antiquā philoso phiā videt̄ de cethego i custodia existēte.

daciam:vt grege facto cum telis ad sese irrumperent.
Consul vbi ea parari cognouit: dispositis præsidijs vt
res:atque tempus monebat:conuocato Senatu refert,
quid de ijs fieri placeat:qui in custodijs traditi erant.
Sed eos frequens Senatus iudicauerat paulo ante cōtr
Rempu.fecisse.Tum.D.Iunius Syllanus:primus sente
tiam rogatus(quod eo tempore consul designatꝰ erat)
de ijs,qui in custodijs tenebantur:& pręterea de.L.Ca
sio.P.Furio.P.Vmbreno.Q.Annio:si deprehensi fore
supplicium sumendum decreuerat.Is postea permotu
oratione.C.Cęsaris:pedibus in sententiam Tiberij Ne
ronis iturum se dixerat:quod de ea re:presidijs additi
referendum esse censuerat.Sed Cæsar vbi ad eum ve
tum est:rogatus sententiam a consule,huiusmodi verb
locutus est.

Cicero senatu cōuocato consiliū tenuit.

In illa cōsultatione iunius syllanꝰ qd ipse sentiret interrogatus fuit.

CAESARIS ORATIO.



OMnis homines.P.C.qui de rebus dubijs consul
tant: ~~AB ODIO, AMICITIA~~: ira atq; miseri=
cordia vacuos esse decet:haud facile animus ve=
rum prouidet:vbi illa officiunt: neq; quisquam omniũ
libidini, simul, & vsui paruit. vbi intenderis INGENI=
um valet. Si libido possidet, ea dominatur:animus nihil
valet. Magna mihi copia est memorãdi.P.C. qui reges:
atq; populi:ira, aut misericordia ĩpulsi male cõsuluerũt
Sed ea malo dicere quę maiores nrĩ cõtra libidinem ani
mi sui recte:atq; ordinate fecere. Bello macedonico, qđ
cũ Rege Perse gessimus: Rhodiorũ ciuitas magna, atq;
magnifica:quæ populi Romani opib⁹ creuerat, ĩfida at
q; aduersa nobis fuit. Sed postquam bello confecto de
Rhodijs cõsultũ est:maiores nostri ne quis diuitiarũ ma
gis, quã iniurię causa bellũ inceptum diceret:impunitos
eos dimisere. Item bellis Punicis oĩbus cũ sępe Cartha=
ginenses in pace:& per inducias multa nefaria facinora
fecissent:nunquã ipsi per occasionẽ talia facere magis
quod se dignum foret:quã quod in illos iure fieri posset
quęrebãt. Hoc item vobis prouidendũ est.P.C.ne plus
apud vos valeat.P.Lentuli:& cæterorũ scelus quã vestra
dignitas:ne ve magis irę vestræ cõsulatis: quam famæ
Nam si digna pœna pro factis eorum reperiretur nouũ
consilium approbo. Sin magnitudo sceleris ingenia
omnium exuperat:his vtendũ cẽseo:quæ legibus cõpa=
rata sunt:plerique eorum:qui ante me sententias dixerunt
cõposite, atq; magnifice casum Reip. miserati sunt:quæ

hic tractat de modestia & prudentia erga puniẽdos ab ipe ratoribus sanãda: et sunt cesaris v̄ba dicentis. ois homines.

De bello macedonico loquit.

De carthaginensib⁹ loquitur.

Cesar concluditur a bono cõsultore misericordiã nõ ꝙ sñia sit ferẽda in mitiorẽ ꝑtẽ: sȝ ne ob miserationes vnius fiat alteri iniuria.

belli sæuitia eēt: quę victis acciderēt enumerauere: rap
virgines pueros: diuelli liberos a complexu parentum
matres familiarum pati, quæ victorib⁹ collibuissent. Fan
atq; domos spoliari, cędem incēdia fieri Postremo ar
Licentia p missio illi cita dicit
mis cadaueribus: cruore atq; luctu omnia cōpleri. Se
per Deos immortales quos illa oratio ptinuit: an vt vo
infestos cōiurationi faceret? scilicet quē res tanta: atq
tam atrox nō permouit: cum oratio accēderet: nō ita e
neq; cuiquam mortalium iniuriæ suæ paruæ videntu
multi eas grauius æquo habuere. Sed alijs alia licentia e
P.C. q demissi in obscuro vitam agūt: si quid iracundi
Iracūdia vlciscendi libido. C. li. iij. tu.
deliquere pauci sciūt: fama atq; fortuna eorum pares su
Qui magno imperio præditi ī excelso ætatē agūt, eo
facta cuncti mortales nouere. ITA IN MAXIMA fort
na minima licētia est, neq; studere: neq; odisse: sed mi
me irasci decet. Quæ apud alios iracundia dicit: ea ī i
perio superbia: atq; crudelitas appellatur. Ego equid
sic existimo. P.C. oēs cruciatus minores: quā facino
Cesar loq tur cuius orō tendit ad clemen tiam.
illorum esse. Sed plerique mortales postrema meminere: &
in hominibus impijs sceleris eorum obliti, de pœna di
serunt: si ea paulo sæuior fuerit. D. Syllanum virū for
atq; strenuū certe scio: quæ dixerit studio Reipu. dixi
se: neq; illum in tanta re gratiam, aut inimicitias exer
re: eos mores, eamq; modestiā viri cognoui. Verū sen
tia eius mihi nō crudelis. (Quid eñi ī taleis hoīes cru
le fieri pōt?) Sed aliena a Rep. nostra videtur. Nam p
fecto aut metus: aut iniuria te subegit Syllane: cōsule

designatum genus pœnæ nouum decernere. De timore superuacaneũ est disserere: cũ presertim diligẽtia clarissimi viri consulis tãta p̃sidia sint in armis. De pœna possum equidẽ dicere id quod res habet in luctu, atq; miseria. Mortem erumnarũ requiẽ nõ cruciatũ esse: eam cũcta mortalium mala dissoluere. Vltra neq; curæ, neque gaudio locũ esse. Sed per Deos immortales quamobrẽ in sententiã nõ addidisti: vti prius verberibus in eos animaduerteret? An quia lex Porcia vetat: aut aliæ leges? item condemnatis ciuibus nõ animã eripi: sed exilium permitti iubent. An quia grauius est verberari: quam necari? Quid autẽ acerbum: aut nimis graue est in hoĩes tanti facinoris cõiũctos. Sin quia leuiꝰ est: quid cõuenit in minore negotio legem timere: cum eam in maiore neglexeris? An eñ quis reprehẽdet: qđ in paricidas reip. decretum erit? tempus: dies, fortuna: cuiꝰ libido gẽtibꝰ moderatur. Illis merito accidet quicquid euenerit. Cæterum vos patres. C. quid in alios statuatis: considerate. Omnia mala exempla ex bonis initijs orta sunt. Sed vbi imperium ad ignaros ciues aut minus bonos peruenit: nouum illud exemplum ab dignis, & idoneis: ad indignos, & non idoneos trãsfertur: Lacedemonij deuictis Atheniensibus triginta viros imposuere: qui Rẽp. eorũ tractarẽt. Hi primo cœpere pessimũ quẽq;, & oĩbus ĩuisum indẽnatũ necare. Ea populus lætari: merito dicere fieri. Post vbi paulatim licentia creuit: iuxta bonos, & malos libidinose ĩterficere: cęteros metu terrere: ita ciui

Triplex est timor scʒ fatalis seruilis & humanꝰ.

Alloq̃tur syllanum.

quid leges iubeant et q̃d vetãt: q d. q2 lex vtrũq; vetat: cur potiꝰ grauiꝰ: cõtra legẽ decreuisti q̃ leuius.

Nota.

Lacedemõ sptꝛeui siue lacones ex parta & lacedemone dicti p̃nt ppꝛia pientes.

tas seruitute oppressa: stultæ lætitiæ graueis penas de-
dit. Nostra mēoria victor Sylla cum Damasippū & ali-
os eiusmodi: q malo rei. creuerāt: iugulari iussit: qs nō
factū eius laudabat hoīes scelestos, & factiosos: qui sedi-
tionib⁹ remp. exagitauerāt merito necatos aiebāt. Sed
ea res magnæ initium cladis fuit. Nam vti quisque au-
domū, aut villā: postremo vas, aut vestimētū alicuius cō-
cupiuerat: dabat operā: vt is in ꝓscriptorū numero esse-
Ita illi quib⁹ Damasippi mors lætitiæ fuerat, paulopost
ipi trahebant̄: neqꝫ prius finis iugulādi fuit: quam Sylla
oēs suos diuitijs expleuit. Atqꝫ ego hoc nō in. M. Tullio
neqꝫ his tēporibus vereor. Sed in magna ciuitate multa
& varia ingenia sunt. Potest alio tempore: alio cōsule
cui itē exercit⁹ in manu sit falsū aliqd ꝓ vero credi vbi
hos exemplo per Senatus decretū: gladiū cōsul eduxe-
rit: quis illi finē statuet? aut quis moderabitur? Maiores
nostri. P. C. neqꝫ consilij neqꝫ audaciæ vnqꝫ eguere: neq
illis superbia obstabat: quo min⁹ aliena instituta si mō p-
ba erāt, imitarent̄. Arma atqꝫ tela militaria a Samnitibus
insignia magistratuū a Thuscis pleraqꝫ sūpserūt. Postre-
mo quod vbiqꝫ apud socios, aut hostes idoneū videbāt
cum summo studio domi exequebantur imitari quā in-
uidere bonis malebant. Sed eodem illo tēpore Græci
morē imitati: verberib⁹ animaduertebāt in ciues: de cō-
dēnatis summū suppliciū sumebāt. Postqꝫ respu. adole-
uit: & multitudine ciuium factiōes valuere, circūueniri
innocentes: alia huiuscemodi fieri cœpere: tunc lex po

Affert exē plū: ex historia romana cum dicit sylla.

Exemplū qd sequimur aut vitam⁹ exēplar qd simile faciam⁹ fest⁹ ait.

qd factum est postqꝫ resp. romana auctior facta est.

tia:aliæq; leges paratæ sunt:quib⁹ legibus dẽnatis exilium permissum est. Hanc ego causam. P. C. quo min⁹ nouũ consilium capiam⁹ ĩ primis magnã puto:profecto virtus, atq; sapientia maior in illis fuit:qui ex paruis opib⁹ tantum imperium fecere:quam in nobis:qui ea bñ parta vix *retinemus. Placet igit̃ eos dimitti:& augeri exercitũ Catilinæ? minime. Sed ita censeo publicandas eorum pecunias:& ipos in vinculis p municipia habẽdos q maxime opib⁹ valent. Neu quis de his postea ad Senatũ referat:neue cũ populo agat:qui aliter fecerit. Senatum existimare eũ contra rẽp. & salutẽ omniũ facturũ: Postq; Cæsar dicendi finẽ fecit:cæteri verbo alius alijs varie assentiebantur. At. M. Portius Cato rogatus sententiã:huiuscemodi orationem habuit.

*Vix avi deducit̃ q̃ si cũ vi et difficultate. Teren. Vix retraxi filiũ ab amore. referet tñ vix aliqñ ad tẽpus. Vergi. Vix e cõspectu siculæ telluris in altũ vela dabant leti.

q̇d sit agẽdũ de his q̃ in custodia sũt detenti.

ORATIO. M. CATONIS.



Hic demō strat quō marc⁹ cato porti⁹ iui= sus dicere sniam ha= buit orōnē q̄ talis eit. lōge mihi. ī qua cato fortiter rei pu. cōsulit decernēs. vñ a clemē tia cesaris alienus si aliena vtit orone cuȝ dicit. o pa tres.



Onge mihi alia mens est Patres Conscripti cū res atq; pericula nostra considero: & cum sen tentias nōnullorū ipse mecum reputo. Illi mi hi disseruisse videnẗ: de pœna eorū: qui patriæ: parenti bus, aris: atq; focis suis bellum parauere. Res autē mo net cauere ab illis magis: quā qd in illos statuamus cō sultare. Nam cætera maleficia tum persequare vbi facta sunt. Hoc nisi p̄uideris: ne accidat: vbi euenerit: frustra iudicia implores. Capta vrbe, nihil reliquisfit victis. Sed per deos īmortales vos ego appello: qui semper domos villas: signa, tabulas vestras pluris, quā Remp. fecistis: si ista cuiuscunq; modi sint: quæ amplexamini: retinere si voluptatibus vestris otiū præbere vultis: expergisci mini aliquādo: & capessite Remp. Nō nunc agitur de re ctigalibus: neq; de sociorū iniurijs: libertas & anima nostra in dubio est. Sepenumero. P.C. multa verba in hoc ordine feci sępe de luxuria: atq; auaritia nostrorū ci uiū quęstus sum: multosq; mortales: ob eam causam ad uersos habeo: qui mihi atq; animo meo nullius vnquā delicti gratiā, fecissem: haud facile alterius libidini ma le facta cōdonabam. sed ea tametsi vos paruipēdebatis tñ Respub. firma erat, opulentia neglígentiā tolerabat Nūc vero nō id agitur: bonis ne: an malis moribus viua mus: neq; quantū: aut quā magnificū imperium populi Romani sit. Sed hęc cuiuscunq; modi videntur: nostra an nobiscum vna hostium: futura sint: hic mihi quisquā mansuetudinē: & misericordiā nominat. Iampridē equi

Quid facit opulentia.

dē nos vera rerꝝ vocabula amisimꝰ, quia bona ALIENA largiri liberalitas. Malarū rerum audacia fortitudo vocat: eo Resp. in extremo sita est. Sint sane qm ita se mores habēt: liberales ex sociorꝝ fortunis. Sint misericordes in furib. ærarij. Ne illi sanguinē nostrū largiant: & dū paucis scelestis parcūt bonos oēs perditū eāt. Bene & cōposite. C. Cæsar pauloante in hoc ordīe de vita & morte disseruit, credo falsa existimās ea, q̄ de īferis memorantur: diuerso itinere malos a bonis: loca tetra īculta, fœda, atq; formidolosa habere, Itaq; cēsuit pecunias corꝝ publicādas ipsos p municipia in custodijs habendos: videlicet timens: ne si Romę sint, aut a popularibꝰ cōiuratiōis, aut a multitudine cōducta: p vim eripiātur. Quasi vero MALI atq; scelesti tantūmō in vrbe, & non p totā Italiā sint, aut nō ibi plus possit audaciæ vbi ad defendēdū opes minores sunt. Quare vanū equidē hoc cōsiliū est, si periculū ex illis metuit, si in tanto oīm metu solus nō timet: eo magis refert me mihi: atq; vobis timere. Quare cum de. P. Lētulo: cæterisq; statueris: p certo habetote: vos simul de exercitu Ca. & de oībus coniuratis decernere: quāto vos attētiꝰ ea agetis tanto illis animꝰ infirmior erit. Si paululū mō vos lāguere viderīt iam oēs feroces aderūt: nolite existimare maiores nr̄os armis Remp. ex parua magnā fecisse: si ita res esset multo pulcherrimā eā nos haberemꝰ qppe sociorꝝ, atq; ciuiū p̄terea armorꝝ, atq; equorꝝ maior nobis copiaq; ē illis. S3 alia fuer: q̄ magnos fecer: q̄ nobis nulla sūt domi idu

Fortitudo vera ē per quā quis mediocrit timet: audet ad hoc iclinatꝰ ex habitu p pter bonū finem q̄ est ɔseruatio boni cōis in periculis mortis philo. ait. iij. ethi.

Ex hac orōne clare ꝑspicit seueritas et acrimonia catonis: q̄ ceteris hesitā tibus censuit q̄dagē dum.

Quid pro virtutib⁹ i re plubica hic narrat

ſtria:foris iuſtũ imperiũ:animus in cõſulẽdo liber,neq̧
delicto:neq̧ libidini obnoxius.Pro his nos habem⁹ lu-
xuriã:atq̧ auaritiã:publice egeſtatẽ,priuatim opulen-
tiã,laudamus diuitias,ſequimur inertiã:inter bonos:&
malos nullũ diſcrimen eſt.Omnia virtutis pręmia ambi
tio poſſidet:neq̧ mirũ vbi vos ſeparatim ſibi quiſq̧ con
ſiliũ capitis:vbi domi voluptatibus:hic pecunię aut gra

q̃d ciues nobiliſſimi cõiura uerũt dicit

tię ſeruitis.Eo fit:vt impet⁹ fiat in vacuã rẽpu. Sed ego
hæc omitto Coniurauere nobiliſſimi ciues patriã incen
dere:Galloꝝ gentẽ infeſtiſſimã Romano nomini ad bel
lũ accerſunt.Dux hoſtiũ cũ exercitu ſupra caput ẽ: vos
cũctamini:etiã nunc & dubitãtis:q̃d ĩtra mœnia depre-
hẽſis hoſtib⁹ faciatis?Miſereamini cẽſeo:deliq̃re homi-
nes adoleſcentuli per ambitionẽ:atq̧ etiam armatos di-

*Ne pro nimis au thore do nato hic ponitur. Sic Cice. Ne iſti ve= hementer errant.

mittatis.*Ne iſta vobis manſueto, & miſericordia: ſi
illi arma cœperit:in miſeriã conuertet. Scilicet res ipſa
aſpera eſt:ſed vos non timetis eã? immo vero maxime.
Sed inertia, & mollitia animi alius alium expectãtes cũ
ctamini:videlicet Dijs immortalib⁹ confiſi:q̧ hanc rẽp.
in maximis ſępe p̱iculis ſeruauere.NON VOTIS,neq̧
ſupplicijs muliebribus auxilia deoꝝ parant̃,vigilando

auxilia deoꝝ nõ ac q̃runtur p̱ ſupplica tiões que fiũt leui animo.

agẽdo,bene cõſulendo:p̱ſpere omnia cędũt.VBI SO
cordię te:atq̧ ignauię tradideris:ne q̧quã deos implo-
res:irati,infeſtiq̧ ſunt.Apud maiores noſtros Aul⁹ Mã-
lius Torquatus:bello gallico filiũ ſuũ,q̧d is cõtra impe
riũ in hoſtẽ pugnauerat:necari iuſſit: atq̧ ille egregius
adoleſcens ĩmoderate fortitudinis:morte pœnas dedit.

Vos de crudelissimis paricidis qd statuatis cunctamini? videlicet cætera vita eorum huic sceleri obstat. Verum parcite dignitati Lētuli: si ipsi pudicitiæ, si famæ suę: si Dijs aut hominibus vnquā vllis pepercit. Ignoscite Cethegi adolescētię: nisi iterū iam patriæ bellū fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio Cepario loquar? quib⁹ si quidquam pensi vnquam fuisset: non ea cōsilia de Rep. habuissent Postremo. P. C. si me hercle pctō locus esset facile paterer vos ipsa re corrigi: quoniā verba mea cōsemnitis: Sed vndiq; circumuenti sumus. Catilina cū exercitu in faucib⁹ vrget. Alij intra mœnia: atq; in sinu vrbis sunt hostes: neq; parari, neq; consuli, quicquam potest occulte, quo magis properandum est. Quare ira cēseo: cum nefario cōsilio sceleratorum ciuiū Resp. in maxima pericula venerit: hicq; īdicio. T. Volturtij: & legatorum Allobrogum cōuicti: confessiq; sint: cædem: incendia: aliaq; se fœda: atq; crudelia facinora in ciues, patriamq; parauisse: de confestis sicuti de manifestis rerum capitalium: more maiorum supplicium sumendū. Postquam Cato assedit: cōsulares omnes, itemq; senat⁹ magna pars sententiam ei⁹ laudant, virtutem animi ad cœlū ferūt. Alij alios increpantes timidos vocant. CATO Magnus atq; clarus habetur. Senatus decretū fit sicut ille censuerat. Sed mihi multa legenti, multaq; audienti quę popul⁹. R. domi militięq; mari, atq; terra pręclara facinora fecit: forte libuit attendere: quę res maxīe tanta negotia sustinuisset. Sciebam sępenumero Populum

ð gabinio statilio loquitur.

Probat quō pars seniorū catonis sententiā laudant.

De Catōe

Romanū PARVA manu cū magnis legionib⁹ hostium contēdisse: cognouerā, paruis copijs bella gesta cū opulētis Regib⁹: ad hoc sæpe fortunæ violētiā tolerauisse: facūdia grecos, gloria belli GALLOS Romanos ante fuisse. Ac mihi multa agitanti constabat: paucorū ciuiū egregiam virtutem cuncta patrauisse: eoq; factum: vti DIVITIAS paupertas, multitudinem paucitas superaret. Sed postq̄ luxu atq; desidia ciuitas corrupta est: rursus Respub. magnitudine sua imperatorum: atq; magistratuum vitia sustentabat. Ac veluti *effœta parentum multis tempestatibus haud sane quisq; Romæ virtute magnus fuit. Sed in ea memoria, ingenti virtute diuersis moribus fuere duo viri .M. Cato & Cæsar: quos quoniam res obtulerat: silentio præterire non fuit consilium: quin vtriusq; naturam: & mores, quantum ingenio possem aperirem.

Comparatio .M. Catonis. & .C. Cæsaris.



Gitur his genus, ætas eloquentia prope æqualia fuere. Magnitudo animi, par item gloria: sed alia alij. Cæsar beneficijs: ac munificentia magnus habebatur, integritate vitæ Cato. Ille mansuetudine, & misericordia clarus factus est, huic seueritas dignitatem addiderat. Cæsar dando: subleuādo, ignoscēdo. Cato nihil largiendo gloriā adept⁹ ē. In altero miseris ꝑfugiū erat: in altero ma-

*Sunt q̄ legēdū putant effeta parēte: ceterū cum oēs codices parentū habeāt nihil imitādo sens⁹ ita explicari posse vr̄ sicq; ordinādū puto haud sane quisq; Rome ꝟtute magnus fuit sicut effeta subaudire pu. et erit ablatiu⁹ absolut⁹ effeta dico magnis tēpestatib⁹ parētū: hoc ē calamitatib⁹ maio. ꝑ qđ innuere vr̄ bella ciuilia et discordias itestinas icāsuisse: vt nullus iaz mľtis seculis clarissimus emerserit.

lis pnities:illius facilitas: hui⁹ cōstātia laudabaṫ. Postremo Cæsar in aīm induxerat:laborare:vigilare:negocijs amicoꝝ ītēt⁹:sua negligere:nihil denegare:qđ dono dignū eēt:sibi magnū īperiū exercitū:nouū bellū exoptabat:vbi virt⁹ ei⁹ enitescere posset. Ad Cato studiū modestiæ & decoris:sed maxīe seueritatis erat. Nō diuitijs cū diuite nec factiōe cū factioso:sꝫ cū strenuo ꝟtute:cū modesto pudore cū īnocēte abstinētia certabat. Esse qꝫ videri bon⁹ malebat. Itaqꝫ quo min⁹ gliam petebat eo magꝭ illā adsequebaṫ: Postqꝫ vti dixi Senat⁹ ī Catonis sentētiā discessit. Cōsul optimū factu rat⁹ nocṫē, q̄ instabat anca-pere:ne qđ eo spacio nouareṫ. Triūuiros q̄ ad suppliciū postulabat parare iubet. Ip̄e dispositis p̄sidijs. Lentulū ī carcerē deducit cæteris idē fit p p̄tores. Est loc⁹ in carcere:qđ Tullianū appellaṫ:vbi paululū ascēderis ad leuam circiter.xij.pedes humi depressus:eū muniāt vndiqꝫ parietes,atqꝫ īsup camera lapideis fornicib⁹ iūcta:sed īcultatenebris:odore fœda:atqꝫ terribilis ei⁹ facies ē In eū locū postqꝫ demissus ē Lētul⁹:iudices reꝝ capitaliū,qb⁹ p̄ceptū erat:laq̄o gulā fregere. Ita ille prici⁹ ex gēte clarissima Corneliōꝝ,q cōsulare īperiū ro. hūerat: dignū morib⁹,factisqꝫ suis exitiū vitæ īuenit. De cethego. Statilio:Gabinio:Cepario eodē mō suppliciū sumptū est.

De lētulo a cicerone in carcerē deducto.

Lētul⁹ patriti⁹ ex gēte corneliōꝝ habuerat rome cōsulare iperiū. hic reddit ad narratiōnē de catilina dicēs



Vm ea Romæ geruntṫ Catili. ex oī copia qꝫ & ip̄e adduxerat: & Manli⁹ habuerat:duas legiones īstituit:cohortes pro nūero militum complet. Deinde vt quisque volun-

tarius: aut ex socijs ĩ castra venerat: æqualiter distribue
rat: ac breuispacio legiones nũero hominũ expleuerat
cura initio duobus non amplius milibus habuisset. Sed
ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus ar
mis instructa: cæteri vt quẽq3 casus armauerat: sparos,
aut lanceas: alij præacutas sudes portabant. Sed postq̃
Antonius aduentabat cũm exercitu: Catilina p monte
iter facere: modo ad vrbẽ: modo Galliam versus castr
mouere: hostibus occasionem pugnandi nõ dare: sper
bat prope diem magnas copias sese habiturũ, si Roma
socij incepta patrauissent. Interea seruitia repudiaba
cuius initio ad eũ magnæ copiæ cõcurrebãt: opib9 cõi
rationis fretus simul alienũ suis rationibus existima
uideri caussam ciuiũ cum seruis fugitiuis cõmunicasse
Sed postq̃ in castra nuncius peruenit: Romæ cõiuratio
ne facta de Lentulo & Cethego: cæterisq3, quos sup
memoraui suppliciũ sumptũ: plærisq3 quos ad bellũ spe
rapinarum, aut nouarũ rerũ studiũ illexerat dilabunt
Reliquos Catilina per mõtes asperos magnis itineri
in agrum Pistoriensem adducit: eo consilio, vti p tram
tes occulte perfugerent in Galliam transalpinam. A
Q. metellus Celer cũ tribus legionibus in agro Pice
præsidebat: ex difficultate rerum eadem illa existima
quæ supra diximus Catilinam agitare. Igit̃ vbi iter e
ex profugis cognouit: castra ꝓpere mouit: ac sub ips
radicibus montiũ cõsedit: qua illi descensus erat ĩ Ga
liã properãti. Neq3 tamẽ Antonius procul aberat: vt po
qui mag

Legio dr eo q̃ legerent milites in delectu.

Cõiuratio ne lẽtuli & cethegi rome facta nũci9 in catiline castra venit.

De metello

qui magno exercitu locis æquoribus expeditos in fu= gam sequeret. Sed Catilina postq̄ videt montibus, atq̄ copijs hostium se clausum: in vrbe res aduersas: neq̄ fu= gæ: neque presidij vllam spem optimum factu rat⁹, in ta li re fortunam belli tentare: statuit cum Antonio quam primum * confligere. Itaque concione aduocata huius= cemodi orationem habuit.

Cōfligere pugnare ē vel discep tare: hinc conflictus pugna. q̄d fecit catili na postq̄ se clausuz vidit mon tibus & ho stiū copijs

ORATIO CATILINAE.



Compertum habeo milites, verba virtu tem non addere: neque ex ignauo stre nuum: neque fortem ex timido exer= citum oratione. imperatoris fieri: quā ta cuiusque animo audatia natura aut motibus inest: tanta in bello patere solet. Quem neque gloria, neq̄ pericula excitāt: nequicquā horrere: timor

Hic ponit orōnē cati line ad mi lites i qua monet mili tes suos ex desperatio ne iacturis ad salutez manu q̄rē dā iducer.

animi aurib⁹ officit:sed ego vos quo pauca monerē ad-
uocaui:simul vti causam cōsilij mei aperirē. Scitis equi-
dem milites socordia, atq; ignauia Lentuli quantam ip-
si, nobisq; cladē attulerit:quoque modo dum præsidia
ex vrbe operior:in Galliam proficisci nequerim. Nunc
vero quo loco res nostræ sint:iuxta mecum oēs: ītelligi
tis. Exercitus hostiū duo vnus ab vrbe, altera Gallia ob

Egestatē narrat.

stant. Diutius in his locis esse:si maxime animus ferat:
frumenti atque aliarum rerum egestas prohibet: quo-

Milites exhortat̄

cunque ire placet:ferro iter aperiendū est. Quapropter
vos moneo, vti forti, atque parato animo sitis: & cū præ
lium inibitis:memineritis vos diuitias: decus, gloriam,
preterea libertatem: atq; patriam in dextris vestris por-
tare. Si vicerimus, omnia nobis tuta erunt: commeatus
abunde: municipia, atque coloniæ patebunt. Si metu ces
serimus: eadem illa aduersa fient: neque locus: neq; ami
cus quisquam teget: quem arma non texerint. Preterea
milites non eadem nobis, & illis necessitudo impendet:
nos pro patria, pro libertate: pro vita certamus. Illis su-
peruacaneū est pugnare pro paucorū potētia: quo auda
ci⁹ aggredimini memores pristinæ virtutis: licuit vobis
cū sūma turpitudine ī exilio ætatē agere: Potuistis non
nulli Romæ (amissis bonis) alienas opes spectare: quia
illa fœda: atq; intolerāda viris videbātur: hæc sequi de-

Milites alloqt̄ ondēdo cām q̄re nō eadē necessitudo illis iminet siue aduersariis.

creuistis: si hæc relinq̄re vultis: audatia op⁹ ē. Nemo nisi
victor pace BELLVM mutauit. Nā ī fuga salutē sperare
cū arma, quibus corpus tegitur: ab hostib⁹ auerteris: ea

q.d nō est nisi penes victorē ex bello facere pacem.

vero dementia est: semper in prælio ijs maximũ est periculũ, qui maxime timent: audacia, ꝓ muro habetur. Cũ vos consydero milites: & cũ facta vestra æstimo: magna me spes victorię tenet. Animus: ætas, virtus vr̃a me hortantur: ꝑterea NECESSITVDO QVAE, ETIAM TIMIDOS FORTES FACIT. Nam multitudo hostiũ nę nos circumuenire queat prohibẽt angustiæ loci. Qđ si virtuti vestræ fortuna inuiderit: cauete, ne inulti animã amittatis, neu capti sicuti pecora poti⁹ trucidemini, quã virorum more pugnantes, cruentam, atq; luctuosam victoriam hostibus relinquatis.

audacia pro muro habetur

aurea senten

Conat irã addere: q̃ nõ parũ facit ad fortitudinẽ. proscribit instructionẽ militũ ad pugnã cum dicit hec vbi.



Hæc vbi dixit, paululũ cõmorat⁹: signa canere iubet: atq; instructos ordines ĩ locũ æquũ deducit: deinde remotis omniũ eq̃s, quo militib⁹ exæquato periculo anim⁹ amplior esset, ipse pedes exercitũ ꝓ loco, atq; copijs ĩstruit. Nã vti planities erat ĩter sinistros mõtes: & ab dextera rupes aspa octo cohortes ĩ frõte cõstituit: reliqua signa ĩ subsidijs arcti⁹ collocat. Ab his cẽturiões oẽs lectos & euocatos, ꝑterea ex gregarijs militib⁹ optimũ, quẽq; armatũ ĩ primã aciẽ subducit. C. Mãliũ in dextra, Fesulanũ quendã in sinistra partę curare iubet. Ipse cũ liberis, & colonis, ꝓpter aquilã adsistit, quã bello Cymbrico. C. Marti⁹ ĩ exercitu habuisse dicebať. at ex altera ꝑte. C. Anto. pedib⁹ æger qđ ꝓlio adesse neq̃bat. M. Petreio legato exercitũ permittit. Ille cohortes veteranas, quas tumultus caussa cõscripserat in fronte: post eas cæterꝝ exercitum

Iubet cai um mãliũ principẽ exercitus rẽ gerere in dextera parte.

\#68

in ſubſidijs locat,ipſe equo circuiēs vnūquēq; nomin
aappellat:hortatur:rogat, vt meminerint ſe contra la
trones inermeis:pro patria,pro liberis,pro aris,atq; fo
cis ſuis certare.Homo militaris,ꝙ amplius annis.xx
tribunus,aut pręfectus,aut legatus,aut pretor,cū ma
gna gloria in exercitu fuerat,pleroſq; ipſos factaq; eo
rum fortia nouerat,ea commemorando militū anim
accēdebat. Sed vbi omnibus rebus exploratis Petrei

Dat ſignū ꝑlij ineundi.

tuba ſignum dat,cohortes paulatim incedere iubet.I
facit hoſtium exercitus Poſtquam eo ventum eſt: vn
a Ferētarijs prælium cōmitti poſſet:maximo clamore c
infeſtis ſignis cōcurrūt,pila omittūt,gladijs res geri

De bello inter amboſ exercitus

Veterani priſtinę virtutis memores:comin⁹ acriter iſ
re.Illi haud timidi reſiſtunt:maxima vi certatur.Inter

Catilina verſabat̄ ꝑmapte belli.

Catilina cū expeditis in prima acie verſari laborant
ſuccurrere: integros pro ſaucijs arceſſere, oīa ꝓuid
multū ipſe pugnare:ſæpe hoſtē ferire:ſtrenui militis
boni Imperatoris officia ſimul exeq̄bat̄.Petreius vb
det Catilinā cōtra ac ratus erat:magna vi cōtendere,

De mālio exercitus ductore et feſulano q̄ manlio comes dat⁹ erat q̄ cadunt.

hortē prætoriā in medio hoſtes inducit,eoſq; pertur
tos atq; alios alibi reſiſtētes interficit. Deinde vtrin
ex lateribus cæteros aggredit̄. Manlius, & Feſulan
in primis pugnantes cadūt.Poſtquam fuſas copias,ſe
cū paucis relictum videt Catilina: memor generis, a
priſtinæ dignitatis ſuæ,inter cōfertiſſimos hoſtes in
rit,ibiq; pugnās cōfodit̄.Sed cōfecto prelio tū vero
neres quāta audacia:quātaq; vis animi fuiſſet in exer

tu Catilinæ. Nā fere quē quisq; pugnādo viuus locū cœperat: eū amissa anima corpore tegebat. Pauci aūt quos medios cohors ꝑtoria disiecerat: paulo diuersi⁹, sed oēs tamē aduersis vulneribus cōciderāt. Catilina vero lōge a suis inter hostiū cadauera repertus est: paululū etiā adhuc spirās: ferociāq; animi: quā habuerat viuus in vultu retinens. Postremo ex oī copia, neq; in prælio, neq; in fuga quisquā ciuis ingenuus captus est. Ita cūcti suæ hostiumq; vitæ iuxta pepercerant. Neq; tamen exercitus Populi Romani lætam, aut incruentā victoriā adeptus erat. Nam strenuissimus quisq; aut occiderat in prælio aut grauiter vulneratus discesserat: multi autem qui ex castris visendi, aut spoliandi gratia processerant: voluētes hostilia cadauera amicū alij: pars hospitē, aut cognatum reperiebant. Fuere item qui inimicos suos cognoscerent. Ita varie per omnem exercitum lætitia, mœror luctus, atq; gaudium agitabantur.

De caitli. iter hostiū cadauera reperto.

* Aduersus oppositus dr. Auersus terga ostendens.

Quid ibel lo fecerūt strenui viri.

FINIS.



70

Hoc i capi tulo Salusti⁹ tractat ō bello gesto a pop͞lo romano ɔtra iugurthā numidarū tyrannū.

C. CRISPI SALLVSTII DE BELLO IVGVRTHINO LIBER.



Also'queritur de natura sua genus humanum quod imbecilla, atq; æui breuis, forte potius quam virtute regatur. Nam contra reputando, neq; maius aliud, neq; præstabilius inuenias: magisq; naturæ industriam hominum quam vim, aut tempus deesse. SED DVX ATQVE IMPERATOR VITAE mortalium animus est: Qui vbi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens: potensq; & clarus est: neq; fortunæ eget. Quippe quæ PROBITATEM, industriam, cæterasq; artes bonas neq; dare, neq; eripere cuiquam potest. Sin captus prauis cupidinibus, ad inertiam, & voluptates corporis pessundatus est pernitiosa libidine paulisper vsus, vbi per socordiam vires, tēpus, ætas, ingenium defluxere: naturæ infirmitas accusatur: suā quisq; culpā autores ad negotia transferunt. Quod si hominibus bonarū rerū tāta cura esset, quāto studio aliena, ac nihil ꝑfutura, multūq; etiā periculosa petunt, neq; regerētur magis casibus: quā regerēt casus: & eo magnitudinis procederent, vbi pro mortalibus gloria eterni fierent. Nam vti genus hoīm cōpositū ē corpore & aīa ē, ita res cūctę, studiaq; oīa nostra corpis alia animi naturam sequuntur. Igitur PRAECLARA FACIES magnæ diuitiæ ad hoc vis corporis, & alia huiusmodo omnia breui delabuntur. AT INGENII egregia facinora sicuti anima immortalia sunt. Postremo corp

anim⁹ pessundatus ōr depssus

de aīo pessundato.

Siīitudo de anima. dat exempla de seq̄ lib₃ naturam corporis cūdicit igitur.

ris & fortunæ bonorũ, vti initium: sic finis est. Omnia quæ orta occidunt, & aucta senescunt. Animus incorruptus, æternꝰ rector hũani generis agit: atq; habet cũcta neq; ipse habetur. Quo magis prauitas eorum admiranda est: qui dediti corporis gaudijs ꝑ luxũ: atq; ignauiã ætatem agunt. Cæterũ Ingenium quo neq; melius, neq; amplius aliud in natura mortalium est: in cultu, atq; socordia torpescere sinunt: cum præsertim tam multæ, variæq; artes sint animi: quibus summa claritudo paratur. Verum ex his magistratus: & ĩperia, postremo omnis cura rerum publicarum: minime tibi hac tempestate cupienda videntur: quoniam neq; virtuti honos datᷣ neque illi, quibus per fraudem ius fuit: vtiq; tuti, aut eo magis honesti sunt. Nam vt quidem regere patriam aut parentes: quanquam & possis: & delicta corrigas: tamẽ importunum est: cum præsertim omnes rerum mutationes: cædem, fugam: aliaq; hostilia portendant. Frustra autem niti: neq; aliud se fatigando, nisi odium quærere extremæ dementiæ est: nisi forte quã inhonesta, & perniciosa libido tenet: potentiæ paucorum decus: atq; libertatem suam gratificari. Cæterũ ex his negocijs, quæ ingenio exercentur: in primis magno vsui est. Memoria rerum gestarũ: cuius de virtute, quia multi dixere: prætereundum puto. Simul ne per insolentiam quis existimet, memet studium meum laudando extollere. Atque ego credo fore: qui, qa decreui ꝓcul a rep. agere ætatẽ tãto, tãq; vtili labori meo nomẽ ĩertiç ĩponẽt. certe qbꝰ

Cõcludit malã opinionẽ per uersãq; vitã hoĩz nõ naturã eẽ culpãdam eã dicit q̃ magis.

Ille q̃ regit patriã; non solum dz delicta corrigere: sed etiã vtiliter ipam patriã regere.

maxima industria videtur: salutare plebem, & cōuiuijs gloriam querere: qui si reputauerint: & quibus ego tē-poribꝰ magistratū adeptus sum: & quales viri idē adsc qui nequiuerint: & postea que gn̄a hoīm in Senatū peruenerint: profecto existimabunt me magis merito, quā ignauia iudiciū animi mei mutauisse: ~~maiusq; cōmodū ex otio meo q̄ ex aliorū negocijs Reip. venturū.~~ Nam sæpe audiui ego Quintū Maximū. P. Scipionē: prætere a ciuitatis nostre præclaros viros solitus ita dicere: cū maiorū Imagines intuerentur, vehementissime animū sibi ad virtutē accendi, scilicet non cerā illam: neq; figuram tantā vim in sese habere: ~~sed memoria rerum gestarum eam flammā egregijs viris in pectore crescere neq; prius sedari, quā virtus eorum famā, atq; gloriam adæquauerit.~~ At contra, quis est omnium his moribus, qui non diuitijs, & sumptibus, nō probitate, neq; industria cū maioribus suis contendat? Etiā homīes noui q antea per virtutē soliti erāt nobilitatē anteuenit furtim & p latrocinia potius, quā bonis artibus ad īperia, & honores nitunt. Perinde quasi prætura, & consulatus atq; oīa alia huiuscemodi per seipsa clara: & magnifica sint: ac nō pinde habeant, vt eorum, q ea sustinet: virtus est. Verū ego liberius altiusq; processi: dū me ciuitatis morū piget, tedetq;. Nunc ad inceptum redeo.

Salutare plebē ē beniuolētiā plebis ex amica salutatione captare.

Premium virtutis ē beatitudo

Latrociniū dr latrocinādi actꝰ

Hic dicit se scripturū esse bellū qđ populꝰ romanus gessit cum iugurtha rege numidarū illarū

BEllum scripturus sum, quod Populus Romanꝰ cum Iugurtha rege Numidarum gessit: primū quia magnum, & atrox: variaq; victoria fuit. Deinde

quia tum primū superbiæ nobilitatis obuiam item est:
quæ contentio diuina, & humana cuncta permiscuit: eo
q; vecordiæ pcessit: vt studijs ciuilibus bellum: atq; va-
stitas Italiæ finem faceret. Sed priusq; huiuscemodi rei
initium expediam: pauca supra repetam quo ad cogno-
scendum oĩa illustria magis magisq; in aperto sint. Bel-
lo Punico secundo, quo Dux Carthaginensium Hanni
bal: post magnitudinem nominis Romani: Italiæ opes
maxime attriuerat: Masinissa *Rex numidarū in ami-
citiam receptus à P. Scipione: cui cognomē postea Afri
cano ex virtute fuit: multa & præclara rei militaris fa-
cinora fecerat: Ob quæ victis Carthaginensibus, & ca-
pto Syphace: cuius in Africa magnum, atq; late imperi
um valuit: Populus Romanus quascūq; vrbes: & agros
manu ceperat: Regi dono dedit. Igitur amicitia Masi-
nissæ bona, atq; honesta nobis pmansit: sed imperij vitę
que eius finis idem fuit. Deinde Micipsa filius eius re-
gnum solus optinuit, Manastabile, & Gulussa fratrib⁹
morbo absumptis. Is Adherbalem & Hiempsalē ex sese
genuit, Iugurthamq; Manastabilis fratris filium, quem
Masinissa quia ortus ex concubina erat: priuatū relique
rat: eodē cultu quo liberos suos domi habuit. Qui vbi
primum adoleuit: pollens viribus: decora facie: sed mul
to maxime ingenio validus: nō se luxui, neq; ĩertiæ cor
rumpēdum dedit: sed (vti mos gentis illius est) equitare
iaculari: cursu cum equalibus certare: & cū omnes glo
ria anteiret: omnibus tamen carus esse. Ad hoc pleraq;

gentiū de numidia q̄ pars africe existētiū cu⁹ belli iugurta rex victoriam nō habuit.

Masinissa i numidia regnauit: & amic⁹ romani ppl'i fuit.

De moribus iugurthe.

tempora in venādo: agere leonē: atq; alias feras primus aut in primis ferire: plurimū Facere, & minimū ipse de se loqui. Quibus rebus Micipsa tametsi initio lætus fue rat: existimans Iugurthe virtutem regno suo gloriæ fo re: tamen postq; hominem adolescentem: exacta sua æta te: & paruis liberis magisq; crescere intelligit: vehem ter eo negocio pmotus: multa animo suo voluebat. Te rebat eum natura mortaliū. Auida imperij: & præcep ad explendam animi cupidinem. Præterea oportunita suæ: liberorumq; ætatis, quæ etiam mediocres virosp Prædæ transuersos agit. Ad hoc studia Numidarū i Iugurtham accensa: ex quibus, si talem virum dolis in terfecisset: ne qua seditio, aut bellum oriretur, anxi erat. His difficultatibus circūuentus, vbi videt neq; p vim neq; insidijs opprimi posse hoīem tā acceptū pop larib⁹, quod erat Iugurtha manu promptus: & appet gloriæ militaris: statuit eum obiectare periculis, & e modo fortunam tentare. Igitur bello Numantino Mic psa cū populo Ro. equitū, atq; peditū auxilia mitter sperans vl' ostentando virtutē: vel hostium sæuitia faci eum occasurū: præfecit. Numidis, quos in Hispaniā m tebat. ~~Sed ea res longe aliter: ac ratus erat euenit~~. Na Iugurtha: vt erat impigro: atque acri ingenio: vbi na ram. Pub. Scipionis: qui tum Romanis Imperator era & morem hostium cognouit, multo labore: multaq cura: præterea modestissime parendo, & sæpe obuia eundo periculis; in tantam claritudinem breui peru

Micipsa fuit filius masinisse regis.

q̄ beniuolentie numidarū vehementer parare erga iugurthā Micipsa timēs ne post mortē suā iugurtha regnū sibi vsurparet: quō iugurtha perire posset meditat⁹ ē po. ro. pedites & eqtes misit ad bellum numātinū

nerat: vt nostris vehementer carus: Numantinis maximo terrori esset, Ac sane quod difficillimum, in primis est, & PRAELIO strenuus erat, & bon⁹ CONSILIO. Quorum alterum ex prouidentia timorem, alterum ex audacia temeritatem plerumq; afferre solet. Igitur imperator omnes fere res asperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis, magisq; eum in dies amplecti quippe cuius neq; consilium, neq; inceptum vllum frustra erat, huc accedebat munificentia animi, & ingenij solertia. Quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat. Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures noui, atq; nobiles: quibus diuitiæ bono, honestoq; potiores erant: factiosi domi potentes, apud socios clari magis, quam honesti, qui Iugurthæ non mediocrem animum pollicitando accendebant, si Micipsa Rex occidisset, fore vti solus Regno Numidiæ potiretur: in ipso maximam virtutem, omnia Romæ venalia esse. Sed postquam Numantia deleta. P. Scipio dimittere auxilia, & ipse reuerti domum decreuit: Donatum atq; Laudatum magnifice pro contione Iugurtham in prætorium adduxit. Ibiq; secreto monuit, vt potius publicæ, quam priuatim amicitiam Populi Ro. coleret: ne aliquibus largiri insuesceret. Periculose à paucis emi, qđ multorꝝ esset. Si permanere vellet in suis artibus vltro illi & gloriã, & regnũ venturũ Sin properantius pergeret pecuniã, & ipsum præcipitẽ casurũ Sic locutus, cum literis eum, quas Micipsæ redderet, di

Quid ipator scʒ scipio per iugurtham agebat.

Docet q iugurtha maxie charus euasit cum dicit igitur.

Scipio decreuit numãtia exñte deleta remittere eos qauxilio numidis venerãt et ipse romam reuerti.

misit: carū suā hęc erat. Iugurthę tui ī bello Numantino longe maxima virtus fuit. Quā rem certo scio tibi gaudio esse: nobis ob merita sua car⁹ est: vt idem Senatui, populoq; Romano sit summa ope nitemur. Tibi quidē pro nostra amicitia gratulor. En, habes virum dignū te: atq; auo tuo Masinissa. Igitur rex vbi ea quæ fama acceperat: ex literis imperatoris ita esse cognouit: tum virtute: tum gratia viri permotus: flexit animum suum, & Iugurtham beneficijs vincere aggressus est: statimq; eū adoptauit: & testamento pariter cum filijs heredem instituit. Sed ipse paucos post annos morbo, atq; ætate cōfectus: cum sibi finem vitæ adesse intelligeret: corā amicis & cognatis, Iteq; Adherbale, & Hiempsale filijs, huiuscemodi verba cum Iugurtha fertur habuisse.

Ait q̄ Scipio impator micipse virtutē iugurthe narrat cū dicit iugurthe.

Micipsæ verba.




Aruũ ego te Iugurtha amiſſo patre, ſine ſpe: ſine opib⁹, in meũ regnũ accepi: exiſtimãs nõ minus me tibi, quã liberis ſi genuiſſem ob beneficia carum fore. Neq; ea res falſũ me habuit. Nam vt alia magna, & egregia tua facta omittam, nouiſſime rediens. Numantia: me, regnumq; meum gloria decoraſti: tuaq; virtute nobis Romanos ex amicis amiciſſimos feciſti in Hiſpania nomẽ familiæ noſtræ renouatũ eſt. Poſtremo: qđ difficillimũ inter mortales eſt: GLORIA inuidiã viciſti. Nũc quã mihi natura finẽ vitę facit: p hãc dextrã: p regni fidem meo obteſtorq; te: vt hos: q tibi gñe ꝓpinq bñficio meo fratres ſũt: caros habeas: neu malis alienos adiũgere: q̃ ſãguie cõiũctos retinere. Nõ EXERCITVS neq; THESAVRI pręſidia regni ſunt, ver AMICI quos neq; armis cogere, neq; auro parare queas, officio & fide parãtur. QVIS aũt amicitior, q̃ frater FRATER? aut quẽ alienũ fidũ inuenies: ſi TVIS hoſtis fueris Equidẽ ego regnũ vobis trado firmũ: ſi BONI eritis: ſi mali ĩbecillũ: nã CONCOrdia paruę res creſcũt, DISCORDIA maximæ dilabunť. Cæterum ante hos te Iugurtha, qui ęta te. & ſapientia prior es, ne aliter quid eueniat: ꝓuidere decet. Nã in omni certamine, qui opulentior eſt: etiam ſi accipit iniuriam: tamen quia plus poteſt: facere videtur Vos aũt Adherbal, & Hiempſal colite, & obſeruate talem hunc virum. Imitamini virtutẽ: & enitimini: ne ego meliores liberos ſumpſiſſe, quã videar genuiſſe. Ad ea

Oſtẽdit q̃ qñ Micipſa hec cognouit iugurtã ẽẽ filij legaicz aſſumpſit cum dicit igitur.

Hic demõſtrat quõ micipſa ſenum more iurgurthe beniuolẽtiã captat ꝓpter bñficia i ipm iugurthaz ac ipi collata ipz alloquendo cũ dicit ꝑuum.

Adherbal ⁊ hiẽpſal fuert filij micipſe regis.

Iugurtha: tametsi Regem ficta locutum intelligebat: & ipse lōge aliter animo agitabat: tamē pro tempore benigne respōdit. Micipsa paucis post diebus moritur. Postquam illi more regio iusta magnifice fecerāt. Reguli in vnum conuenere: vt inter se de cūctis negotijs disceptarent. Sed Hiempsal qui minimus ex illis erat, natura ferox etiā ante ignobilitatē Iugurthæ, quia materno genere impar erat, despiciēs, dextra Adherbalem adsedit: ne medius ex trib⁹, quod apud Numidas honori ducit, Iugurtha foret. Deinde tamē, vt ætati cōcederet, fatigatus a fratre, vix in alterā partē traduct⁹ est. Ibi cū multa de administrando imperio dissererent, Iugurtha inter alias res ait: oportere quīquennij cōsulta, & decreta oīa rescindi. Nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo valuisse. Tum idem Hiempsal placere sibi respondit, Nam ipsum illum tribus his ꝓximis annis adoptione in regnū peruenisse. Quod verbum in pectus Iugurthæ altius, quā quisq; ratus erat: descēdit. Itaq; ex eo tempore ira, & metu anxius: moliri, parare atq; ea modo in aīo habere, quibus per dolū Hiempsal caperetur. Quæ vbi tardius procedūt: neq; lenitur animus ferox: statuit quouis modo inceptū perficere: prio conuētu, quem ab regulis factum supra memoraui propter dissensionē placuerat diuidi thesauros: finesq; imperij singulis constitui. Itaq; tēpus ad vtrāq; rē decernitur, sed maturius ad pecuniā distribuendam, Reguli interea loca ꝓpinqua thesauris, alius alio concessere: sed

De discordijs inter reglos sūptis post micipse mortē narrationē auspicat: cuz dicit postquam.

Iugurtha loquitur.

Iugurtha vbū hyempsal; egre ferēs i aio habuit quō p dolū capi posset.

De reglis

Hiempsal oppido Thirmida (forte eius vtebat domo) qui proximus lictor Iugurthæ carus, acceptusq; ei semper fuerat: quē ille casu ministrū oblatū promissis onerat: impellitq;, vti tanq̃ suam domū visens eat: portatū claues adulterinas paret. Nam veræ ad Hiempsalē referebant. Cæterū vbi res postularet: ~~seipsum cum magna venturū manu~~. Numida mādata breui cōficit: atque vti doctus erat: noctu Iugurthæ milites ītroducit: qui postquā in ædes irrupere: diuersi Regē quærere, dormientes alios occursantes interficere. Scrutari loca abdita: clausa effringere: strepitu, & tumultu omnia miscere: cū interim Hiempsal reperitur occultans se in tugurio mulieris ancillæ: quo initio pauidus, & ignarus loci profugerat. Numidæ caput eius: vti iussi erant, ad Iugurtham referunt. Cæterū fama tanti facinoris: per omnē Africā breui diuulgatur. Adherbalē omnesq;: qui sub Micipsæ imperio fuerāt metus inuadit. In duas partes discedunt Numidæ: plures Adherbalem sequuntur: sed illū alterū bello meliores. Igitur Iugurtha quā maxīas potest copias armat: vrbes partim vi: alias voluntate imperio suo adiungit, omni Numidæ imperare parat. Ad Adherbal: tametsi Romā legatos miserat: qui senatum docerēt de cæde fratris, & suis fortunis: tn̄ fretus multitudine militū parabat armis contēdere. Sed vbi res ad certamē venit victus ex prælio ꝓfugit in ꝓuinciā: ac deinde Romā contēdit. Tum Iugurtha patratis cōsilijs, postquā omni Numidia potiebatur in otio: facinus suum cum aīo repu

Numida illic hospes mandata Iugurthe adimplet.

Describit inuētionē & occisionē hiēpsalis i domo numide existentis: cū dicit hiēpsal reperiretur.

tans timere populum Ro. neq̃ aduersus iram ei⁹ vsq
nisi in auaritia nobilitatis, & pecunia sua spem haber
Itaq̃ paucis diebus cum argento: & auro multo: leg
tos Romã mittit: quis præcipit: vti primũ veteres am
cos magnis muneribus expleant: deinde nouos acq
postremo quecũq̃ possint largiendo: parare ne cũcte
Sed vbi Romã legati venere, ex precepto regis hosp
bus alijsq̃ quorũ ea tempestate in Senatu autoritas p
lebat: magna munera misere: tãta cõmutatio incessit
ex maxima inuidia, in gratiã, & fauorẽ nobilitatis I
gurtha veniret. Quorũ pars spe, alij premio inducti
gulos ex Senatu ambiendo nitebant: ne grauius in
consuleret. Igitur vbi legati satis confidunt: die cons
tuto Senatus vtrisque datur. Tum Adherbalem hoc
do locutum accepimus.

Legati Iugurthe romã venerũt

AD HERBALIS VERBA.



PAtres. *C. Micipsa pater me' moriens mihi præcepit vti regni Numidiæ tātūmodo procurationem existimarē meā: cæterū ius, & imperiū eius penes vos esse: simul eniterer domi, militiæq; q̄ maxīo vsui esse populo. R. vos mihi cognatorū vos affinium loco ducerem. Si ea fecissem, in vestra amicitia: exercitū, diuitias: munimenta regni me habiturum. Quæ præcepta patris me cum agitarē: Iugurtha homo omniū quos terra sustinet sceleratissimus contempto imperio vestro Masinissæ me nepotem, etiam a stirpe sociū atq; amicū populi Romani: regno fortunisq; omnibus expulit. Atque ego. P.C. quoniam eo miseriarum venturus eram: vellem potius ob mea, quam ob maiorum meorum beneficia posse me a vobis petere auxilium: ac maxime deberi mihi beneficia a populo. R. quibus vtinam nō egerem: sed si ea desideranda erant: vti debitis vterer. Sed quoniam parum tuta per seipsam PROBITAS est neq; mihi in manu fuit Iugurtha qualis foret: ad vos confugi. P.C. quibus quod mihi miserrimum est cogor prius oneri, quam vsui esse. Cæteri reges aut bello victi ī amicitiā a vobis recepti sunt: aut in suis dubijs rebus societatem vestram appetiuerunt: familia nostra cum populo Romano bello carthaginēsi instituit amicitiam: quo tēpore magis fides eius: quā fortuna petenda erat. Quorum progeniē vos. P, C. nolite pati me nepotē masinissæ frustra a vobis auxilium petere si ad impetrandum nihil caussæ haberē: præter miserandam fortunam: q̄ paulo-

*Patres conscripti sic a romulo dicti sūt qui primo cētus erāt seniores ad iudicādum conscripti: deide alij cētum additi qui oēs a similitudine curę aut quod seniores eēnt prēs conscripti appellabātur.

Seneca i tragedijs ait nusq̄ tuta satis probitas.

masinissa rex fuit socius & amicus populi romani.

ante Rex genere:fama:atque copijs potẽs:nunc defor
matus erumnis:inops alienas opes expecto:tamen era
maiestatis populi Romani,prohibere iniuriam:neq; p
ti cuiusquam regnum per Scelus crescere. Verũego hi
finibus eiectus sum:quos maiorib.meis populus Rom
dedit. Vnde pater,& auus meus vna vobiscũ expuler
Syphacẽ,& Carthaginenses Vestra beneficia mihi er
pta sunt.P.C.vos in mea iniuria despecti estis, Heu m
miserũ.Huccine Micipsa pater beneficia tua euale re
quẽ tu parẽ cum liberis tuis,regniq; participem fecist
is potissimũ stirpis tuę extinctor sit?Nunquam ne erg
familia nostra quieta erit?semper ne in sanguine ferro
fuga versabitur?Dum Carthaginẽses incolumes fuer
iure omnia sæua patiebamur:hostes a latere:vos amici
cul.Spes omnis ĩ armis erat.Postquã illa pestis ex Af
ca eiecta est,læti pacẽ agitabam⁹:qppe quib⁹ hostis n
lus erat:nisi forte quẽ vos iussissetis.Ecce autẽ ex ĩpro
uiso Iugurtha intoleranda audatia,scelere,atq; supb
sese efferens,fratre meo,atq; eodẽ propinquo suo ĩter
fecto:primũ regnum eius sceleris sui prædã fecit. Po
vbi me iisdẽ dolis nequit capere:nihil minus:quam vi
aut bellum expectãtem:in imperio vestro:sicuti viden
* extorrẽ patria,domo:inopẽ,& coopertum miseri
effecit,vt vbiuis tutius:quam in meo regno essem.Eg
sic existimabã.P.C.vti prædicantem audierem patre
meum:qui vestrã amicitiam diligenter colerẽt:eos m
tum laborẽ suscipere cæterum ex omnibus maxime t

Exploratio pathos mouens. sił cũ apostrophe.i. cõuersiõe sermonis ad absentem.i. patrẽ suũ defunctum: cum dicit pater.

adherbal de tẽpore preterito loquitur.

*Extorris extra terrã vł solũ ꝓprium manere cõpulsus et ferme exilio dãnat⁹

Quid adherbal a patre audiuerit narrat: cũ dicit. ego

tos esse. Quod in familia nostra fuit: præstitit, vt in om-
nibus bellis adesset vobis: nos per otiũ vti simus, in ma
nu vestra est. P.C. pater nos, duos fratres reliquit: tertiũ
Iugurthã beneficijs suis ratus est nobis coniunctum fo
re. Alter eorum necatus est: alter ipse ego manꝰ impias
vix effugi. Quid agam? aut quo potissimũ infœlix acce
dam? generis præsidia omnia extincta sunt. Pater vti ne
cesset erat, naturę cõcessit: fratri quẽ minime decuit, p-
pinquus per scelus vitam eripuit. Affines, amicos, ꝓpin
quos, cæteros meos aliũ alia clade oppressit: capti a Iu-
gurtha pars in crucem acti, pars bestijs obiecti sũt. Pau-
ci, quibꝰ relicta est anima clausi in tenebris: cũ mœrore
& luctu, morte grauiorẽ vitã exigũt. Si omnia quæ aut
amisi: aut ex necessarijs aduersa facta sũt incolumia ma-
nerent: tamen si quid ex improuiso mali accidisset: vos
implorarẽ. P.C. quibꝰ ꝓ magnitudine ĩperij ius, & ĩiu
rias oẽs curæ eẽ decet. Nũc vero exul patria: domo solꝰ
atq; oĩm honestarũ rerum egẽs: quo accedam? aut quos
appellẽ? Nationes ne, an reges? qui oẽs familiæ nostræ
ob vestrã amicitiã infesti sũt: an quoquã mihi adire licet
vbi non maiorum meorum hostilia monimẽta plurima
sint? an quisquã nostri misereri potest: qui aliquando vo
bis hostis fuit? Postremo Masinissa nos ita ĩstituit. P.C.
ne quẽ coleremꝰ, nisi po. R. ne societates, ne fœdera no-
ua acciperemꝰ, abũde magna ꝓsidia nobis ĩ vr̃a amicitia
fore: si huic ĩperio fortũa mutaret̃, vna occidẽdũ nobis
eẽ: virtute ac dijs volẽtibꝰ magni & opulẽti estis, oĩa secũ

Fratre suum hiẽpsalẽ a Iugurtha occisũ fuisse dicit cum ait affines. adherbal docet se id necessitate compulsũ facere qđ etiã si nulla sit necessitas facturus fuisset: cũ dicit nunc

De iugur-tha loquit cū dicit tā tum.

da & obediētia sunt: quo facili⁹ sociorū iniurias curare
licet, Tātū illud vereor, ne quos priuata amicitia Iugur
thæ parū cognita trāsuersos agat: quos ego audio sum
ma ope niti, ambire: fatigare vos singulos: ne qd de ab-
sente īcognita caussa statuatis, fingere me verba: & fu
gā simulare: cui licuerit in regno manere. Qd' vtinā illi
cui⁹ impio facinore ī has miserias proiectus sum: eadem

narrat ad herbal iu-gurthe fa cinora cū dicit ille.

hęc simulantē videam, & aliquando, aut apud vos, aut
apud deos immortales rerū humanarum cura oriatur
vt ille, q nūc sceleribus suis ferox: atq; præclar⁹ est om
nibus malis excruciat⁹, impietatis in parentē nostrū fra
tris mei necis: mearūq; miseriarū graues pœnas reddat
iam iā frater animo meo carissime, quenquā tibi imma
turo, & vnde minime decuit vita erepta est: tamē lætan
dū magis, quā dolendū puto casum tuum. Non enim re

adherbal dicit sei-psum esse infelicem.

gnum, sed fugam, exilium, egestatē, & omnes has quæ
me premunt ærumnas, cum anima simul amisisti. At eg
infœlix in tāta mala præcipitatus ex patrio regno re
humanarū spectaculū præbeo: incertus quid agam. Tu
as ne iniurias persequar: ipse auxilij egēs, an regno co
sulam? cuius vitæ necisq; potestas ex alienis opibus p
det? Vtinam emori, fortunis meis honestus exitus e
set, ne viuere contentus viderer, si defessus malis iniu
riæ concessissem. Nunc neq; viuere libet, neq; mori li
cet sine dedecore. P.C. oro vos per liberos, atq; parē
vestros, per maiestatē populi Romani, subuenite mi
misero: ite obuiā iniuriæ, nolite pati regnum Numidi

quod vestrū est:per scelus & sanguinē familiæ nostræ tabescere. Postquā Rex finem loquendi fecit, legati Iugurthæ largitione magis, quā caussa freti paucis respō dent, Hiempsalem ob sæuitiam suā ab Numidis interfectum, Adherbalem vltro bellum inferentem: postquam superat⁹ sit, queri quod iniuriā facere nequisset: Iugurthā ab Senatu petere:ne se aliū putarent, ac Numantiæ cognitus esset:neu verba inimici ante facta sua ponerēt Deinde vtriq; curia egrediuntur. Senatus statim cōsulitur, fautores legatorū, præterea Senatus magna pars gratia deprauata, Adherbalis dicta cōtēnere. Iugurthę virtutē laudibus extollere:gratia, voce deniq; omnib⁹ modis pro alieno scelere, & flagitio sua quasi ꝑ gloria nitebantur. At contra pauci quibus BONVM & æquū diuitijs carius erat, subueniendum Adherbali, & Hiempsalis mortē seuere vindicandam censebant. Sed ex omnib. maxime Aemilius Scaurus homo nobilis, impiger factiosus, auidus potētię, honoris, diuitiaꝝ cæterūvitia sua callide occultās. Is postq; vidit regis largitionē famosam:impudenteq;:verit⁹ (quod in tali re fieri solet) ne polluta licentia inuidiam accēderet:animū a consueta libidine continuit. Vicit tamen in senatu pars illa quę vero pretium, aut gratiam anteferebat, decretum fit, vt decem legati, regnum, quod Micipsa obtinuerat itēr Iugurtham & Adherbalē diuiderēt. Cuius legatiōis princeps fuit. L. Opimius, homo clarus, & tum in senatu potēs:qui consul. C. Graccho, & .M. Fuluio Flacco interfe

Post aderbalis orationem responsorum sententiam per iugurthe legatos affert qui dicit postq;. et qd dicunt de morte hyēpsalis narrat.

Responsionē senatorum ponit cū dicit. senatus.

Quid cēsebat aemilius scaurus ille vir.

quid de illa materia in senatu decretum fuit scribit cū dicit. decretum.

ctis acerrime victoriam nobilitas in plebem exercuerat. Eum Iugurtha temetsi Romæ in amicis habuerat: tũ accuratissime accepit dando, & pollicendo, multa perfecit, vti famę fidei postremo omnibus suis rebus cõmodum Regis anteferret. Reliquos legatos eadem via aggressus: plærosq; capit: paucis carior fides, q̃ pecunia fuit, In diuisione regni quæ pars Numidiæ Mauritaniã attingit: agris, virisq; opulentior Iugurthę tradit̃. Illam alterã specie quã vsu potiorẽ: quæ portuosior, & ædificijs magis exornata erat, Adherbal possedit. Res postulare videt̃ Africæ situm paucis exponere: & eas gentes quibus cũ nobis bellũ, aut amicitias fuit attingere. Sed quæ loca & nationes ob colorẽ: aut asperitatẽ: itẽ ob solitudines minus frequẽtata sunt: de his haud facile compertũ narrauerim: cætera quã paucissimis absoluam.

Quid iugurthe traditur in diuisione regni et adherbali.



N diuisiõe orbis terræ: pleriq; in parte tertia Africam posuere: pauci tantummodo Asiam & Europam esse: sed Africam in Europa. Ea fines habet ab occidente fretum nostri maris: & Oceani, ab ortu solis decliuem latitudinẽ Quem locum Catabathmon incolæ appellant: mare sæuuum, & importuosum, ager frugũ fertilis, bonus pecori, arboribus infœcũdus, cœlo, terraq; penuria aquarũ genus hominũ salubri corpore, velox, patiẽs laborũ: plerosq; senectus dissoluit: nisi q ferro, aut bestijs interiere. Nam morbus haud sępe quẽquã superat, ad hoc malefici gñis pluria aĩalia. Sed q mortales initio Africã habuerĩt, q́q; postea

accesserint.aut quomodo inter se pmisisti sint, quãquã ab ea fama,quæ pl erosq; obtinet diuersum est:tamẽvti ex libris Punicis,qui regis Hiempsalis dicebant̃ inter prætatũ nobis est:vtiq; rem sese habere cultores ei⁹ terre putãt:quã paucissimis dicã.Ceterũ fides eius rei penes autores erit.Africã initio habere getuli,& Lybies asperi:inculti:quis cibus erat caro ferina:atq; humi pabulũ vti pecoribus.Hi neq; moribus:neq; lege:aut imperio cuiusquã regebantur.Vagi,palãtes,qua nox coegerat:sedes habebant.Sed postq; in Hispania Hercules sicuti Afri putãt:interijt:exercitus eius compositus ex varijs gentibus amisso duce:ac passim multis sibi imperium petentibus:breui dilabitur. Ex eo numero Medi, Persæ:& Armenij,nauibus in Africã transuecti proximos nostro mari locos occupare.Sed perse intra Oceanum magis:Hiq; alueos nauiũ ĩuersos pro tugurijs habuere:quia neq; materia in agris:neq; ab Hispanis emẽdi aut mutuãdi copia erat.Mare magnum,& ignara lingua cõmercia ꝓhibebãt.Hi paulatim p cõnubia Getulos sibi miscuere:& quia sæpe tẽtantes agros:alia deinde atq; alia loca petiuerãt:semetipi Nũidas appellauere Cæterũ adhuc ædificia Numidarũ agrestũ, quę Mapalia illi vocãt:ob lõga incurnis laterib⁹ tecta:quasi nauiũ carinæ sũt.Medis aũt & Armenijs accessere Libyes.nã hi ꝓpi⁹ mare Africũ agitabant:Getuli sub sole magis: aut ꝓcul ab ardorib⁹hiq; mature oppida habuere:nã freto diuisi ab Hispania;mutãte tes ĩter se ĩstituerãt: nomẽ

prosequit̃ descriptionẽ loquendo de getulorum illorũ pplorum possessiõe:cũ dicit africam.

De hercule.

Tuguriuz quasi teguriũ dictũ ẽ rustica habitatio ita vocant̃ tecta ex vlua palustri.

Tugurijs vti ab initio ceperãt mortales priusq; ad meliorẽ vite cultũ se trãsferrẽt de medis ꝛ alijs gẽtibus.

quorum paulatim Lybies corrupe: barbara lingua Ma
ros pro Medis appellantes. sed rex persarū breui adole
uit: ac postea Numidę nomine propter multitudinem
parentibus digressi: possedere ea loca, quæ proxīe. Ca
thaginē Numidia appellatur. Deinde vtriq; alteris fre
finitimos armis, aut metu sub imperiū suū coegere: no
men, gloriamq; sibi addidere: magis hi, qui ad nostru
mare processerāt quā Lybies, quā Getuli minus bellic
si denique Africæ pars inferior, pleraq; ab Numidis p
sessa est, victi oēs in gentē nomenq; imperātiū conce
sere. Postea Phœnices: alij multitudinis domi minuēd
grā, pars īperij cupidine sollicitata plebe & alij noua
rerū auidi: Hipponem: Adrimetū, Leptim, aliasq; vrbe
in ora maritima condidere: hæque breui multum au
pars originib⁹ suis præsidio, aliæ decori fuere. Nam d
Carthagine silere melius puto, quā parum dicere: quo
niam alio properare tempus mouet. Igitur ad Catha
thmō, qui locus Aegyptum ab *Africa diuidit. secu
do mari prima Cyrene est: colonia Thereon: ac deincep
duæ syrtes: inter quas Leptis: deinde Aræ philenon: q
locum Aegyptum versus finem imperij habuere Carth
ginenses. Post aliæ punicæ vrbes, cetera loca vsq; a
Mauritaniam Numidæ tenent. Proxime Hispaniā ma
ri sunt. Super Numidiam Getulos accipimus: partim i
tugurijs, alios incultius vagos agitare. Post eos Aeth
opes esse, deinde loca exusta Solis ardorib⁹. Igitur be
lo Iugurthino: pleraq; ex punicis oppida, & fines Car

* Interpres i sole caligat: allucinatq; pueriles nugas blacteras: sic em inqt colonia thereon nota sunt ciuitatū: ordo autē ē prima est cyrene colonia Thereō. i. thereo℞ ē em thereō gtūs grec⁹ sicut philenon are ꝑ philenorū si latine ꝑferātur. cyrene vero ob hoc tpe reo℞ colonia dr: qm therei eā cōdidere q ex laconia ꝑfecti therā insulam coluerūt: d: qua callimachus. noīe callisto primū sꝫ post mō thera dicta fuit tellus vrbis origo mee

thaginensium: quos nouissime habuerant: populus ro-ma. per magistratus administrabat. Getulorum magna pars, & Numidiæ vsq; ad flumen Muluchā sub Iugur-tha erant Mauris oībus Rex Bocchus imperitabat. præ-ter nomē: per cætera ignarus populi Ro. Itemq; nobis neq; bello, neq; pace antea cognitus. De africa, & eius incolis ad necessitudinē rei satis dictum est.

De bocho maurorū rege.



Ostquā diuiso regno legati Africa dices-sere: & Iugurtha cōtra timorē animi præ-mia sceleris adeptū sese videt: certum es-se ratus, quod ex amicis apud Numantia acceperat, oīa Romæ Venalia esse: simul & illorꝝ pollicationibus accensus: quos paulo ante mu-neribus expleuerat: in regnū Adherbalis animū intēdit ipse acer: bellicosus: at is, quē petebat: quiet⁹, imbellis: placido ingenio: oportunus iniuriæ: metuēs magis quā metuēdus, igitur ex improuiso fines eius cū magna ma-nu iuadit: multos mortales cū pecore, atq; alia prȩda ca-pit: ædificia incendit: pleraq; hostiliter cū ȩquitatu ac-cedit. Deinde cū omni multitudine in regnū suū se con-uertit: existimās Adherbalē dolore permotū: iiurias su-as manu vindicaturū: eamq; rem belli caussam fore, At ille quod neq; se parē armis existimabat: & amicitia po-puli Romani magis, quam Numidis fretus erat: legatos ad Iugurthā de iniurijs quȩstum misit: qui tametsi cōtu-meliosa dicta retulerant: prius tamē omnia pati decreuit quam bellum sumere: quia tentatū antea secus cesserat,

Post affrice descriptionem ad historiā redit: quā ꝑsequit̃ i q̃ innuit numidie regnū inter adherbalē ⁊ iugurthā ex romanoꝝ legatoꝝ sentētia cōdiuisum.

iugurtha i regno se cōuertit.

prosequit narratione de bello Iugurthino ɔtra adherbalē initio cū dicit itaq;

Necq; eo magis cupido Iugurthæ minuebatur:qppe qui
totū eius regnū animo iam inuaserat.Ita non vti antea
cum prædatoria manu:sed magno exercitu comparato
bellum gerere cœpit:& aperte totius Numidię imperi
um petere.Cæterū qua pergebat:vrbes:agros:vastare,
prædas agere:suis animū,hostibus errorē augere.Ad
herbal vbi intelligit eo ꝓcessum:vti regnū aut relinquē
dum,aut retinendum armis esset:necessario copias pa

adherbal in cirrham fugit.

rat:& Iugurthæ obuius procedit.Interim haud longe
amari ꝓpe Cirrham oppidū,vtriusq; exercitus conse
dit:& quia diei extremū erat,prelium non est inceptū.
Sed vbi plerumq; noctis processit:obscuro etiam tum
lumine milites Iugurthini signo dato castra:hostiū in

iugurtha obsedit cirrhā Salustiꝰ ait qᵒ postq; populi romani intellexerūt bellū esse inter iugurthā & adherbalē miserūt tres adolescentes ad litē dirimēdā cuz dicit postquam.

uadunt:semisomnos partim,alios arma sumentes fugā
fundumq;:Adherbal cum paucis equitibus Cirrham p
fugit.Et ni multitudo togatorum fuisset:quæ Numidas
insequentes a mœnibus prohibuit:vno die inter duos
reges cœptum,atq; patratum bellū foret.Iugurtha op
pidum circumsedit vineis,turribusq; & machinis om
nium generum expugnare aggreditur,maxime festi
nans tempus legatorum antecapere:quos ante præli
factum ab Adherbale Romā missos audiuerat.Sed post
quam Senatus de bello eorum accepit,tres adolescen
tes in Africam leguntur:qui ambos Reges adeant.Se
natus,populiq; Romani verbis nuntient,velle,& cen
sere eos ab armis discedere:ita seq;,illisq; dignū eē.Le
gati in Africā maturātes veniūt:eo magis qd' Romę d

proficisci parant: de prælio facto, & oppugnatiõe Cirrhæ audiebatur. Sed is rumor clemens erat. Quorũ Iugurtha accepta oratione respondit, sibi neq; mai⁹ qcq̃ neq; carius auctoritate Senatus esse: ab adolescentia ita se enixũ: vt ab optimo quoq; probaretur virtute, nõ malitia. P. Scipioni summo viro placuisse: ob easdem artes a Micipsa: nõ penuria liberorũ in regnũ adoptatũ esse. Cæterũ quo plura bene, atq; strenue fecisset: eo animũ suũ iniuriã minus tolerare. Adherbalem dolis vitæ suæ insidiatũ: quod vbi comperisset, ei⁹ sceleri obuiam isse: populum Ro. neq; recte, neq; pro bono facturũ: si ab iuregentium sese prohibuerit. Postremo de omnib⁹ reb⁹ legatos Romam breui se esse missurum. Ita vtriq; digrediũtur. Adherbalis copia appellandi non fuit. Iugurtha vbi eos Africa discessisse ratus est: neq; propter naturã loci Cirrhã armis expugnare potest: vallo: atq; fossa mœnia circundat: turres extruit, easq; præsidijs firmat præterea dies, noctesq; aut per vim, aut dolis tentare, defensoribus mœnium præmia modo: formidinem ostẽtare, suos hortando ad virtutem arrigere, prorsus intentus cuncta parare. Aherbal vbi intelligit omnes suas fortunas in extremo si tas: hostem infestum: spem auxilij nullam penuria rerum necessariarum bellũ nõ posse trahi ex his, qui vna Cirrham profugerant: duos maxime impigros delegit: eos multa pollicendo, ac miserando casum suum confirmat: vti per hostium munitiones noctu ad proximum mare dein Romã pergerẽt. Numidæ pau

Prosequit sallustius subdolum ingeniũ iugurthe q̃ postabscessum legatoꝝ belluz istaurauit et plurib⁹ dolis vsus est dicens vbi.

De adherbale cognosceteoẽ fortunas suas in extremo periculo esse collocatas q̃d egerit narrat: cũ dicit. vbi.

cis diebus iussu efficiũt. Literæ adherbalis in Senatu re
citatæ sunt: quarũ sententia hæc fuit.


On mea culpa sæpe ad vos oratum mitto. P. C.
Sed vis Iugurthæ subegit, quem tãta libido ex
tinguendi me inuasit, vt neq; vos: neq; Deos im
mortales in animo habeat, sanguinem meum quam om
nia malit. Itaq; quintum iam mensem socius & amicus
populi Ro. armis obsessus teneor: neq; mihi Micipsæ
patris mei beneficia: neq; vestra decreta auxiliãtur, fer
ro, an fame acrius vrgeat: incertus sum. Plura de Iugur
tha scribere dehortatur me fortuna mea: etiam ante ex
pertus sum parum fidei miseris esse: nisi tamen intellig
illum, supra quam ego sum petere, neq; simul amicitiam
vestram, & regnum meum sperare. Vtrum grauius ex
stimet, nemini occultum est. Nã initio occidit Hiẽpsal
fratrẽ meum. Deinde patrio regno me expulit: quæ si
ne fuerint nostræ iniuriẹ: nihil ad vos. Verũ nũc reg
vestrum armis tenet: me quẽ vos imperatorẽ Numid
imposuistis, clausum obsidet: legatorũ verba quanti f
cerit: pericula mea declarant. Quid est reliquũ, nisi v
vestra qua moueri possit? nam ego quidẽ vellem & h
quæ scribo: & illa, quæ antea in senatu quæstus sum v
na forent, potius quã miseria mea fidem verbis facere
Sed quoniam eo natus sum: vt Iugurthæ scelerũ ostẽ
essem: non iam mortem, neq; erumnas: tantũmodo in
mici imperium, & cruciat⁹ corporis deprecor. Regn
Numidiæ: quod vestrũ est: vti libet consulite me ex m

In hac epistola sallusti⁹ scribit quõ adherbal captat beniuolentiã ab senatu et conat̃ aduersarium in odium adducere ꝓpter superbiã & crudelitatem eius: cũ dicit non mea.

In eo natus sũ. i. in ea cõditione vite.

nibus impiis eripite: per maiestatem imperij, per amicitiæ fidē, si vlla apud vos memoria remanet aui mei Masinisse. His literis recitatis, fuere qui exercitū in Africā mittēdū cēserēt: & quāprimū Adherbali subueniendū: de Iugurtha interim vti consuleret, quoniam non paruisset legatis, sed ab iidem illis fautoribus Regis summa ope enixū est: ne tale decretū fieret, ita bonum PVBLICVM vt in plerisq; negotijs solet PRIVATA gratia deuictū Legantur tamē in Africā maiores natu nobiles: amplis honoribus vsi: in quis fuit. M. Scaur⁹: de quo supra memorauimus: cōsularis, & tum in Senatu princeps: hi qđ in inuidia res erat simul, & a Numidis obsecrati: triduo nauim ascēdere: deinde breui Vticā adpulsi literas ad Iugurthā mittūt: quā ocyssime ad prouintiā accedat: seq; ad eum ab senatu missos. Ille vbi accepit homines claros: quo⁊ auctoritatē Romæ pollere audierat: cōtra inceptum suum venisse: primo commotus metu, atq; libidine, diuersus agitabatur. Timebat iram Senatus: ni paruisset legatis. Porro animus cupidine cecus ad inceptum scelus rapiebatur, vicit tamē in auido INGENIO prauum consilium. Igitur exercitu circundato, summa vi Cirthā irrumpere nitiť: maxime sperās diducta manu hostiū, aut vi, aut dolis sese casū victoriæ inuenturum. Quod vbi secus procedit: neq; quod intēderat, efficere potest: vt prius quam legatos conueniret Adherbalis potiretur: ne amplius morādo Scaurū quē plurimum metuebat incenderet cū paucis equitibus in

Hic oñdit Sallusti⁹ q̄ postq̄ litere adherbalis fuerunt romanis recitate: fuerūt nōnulla iter senatores q̄ senserunt exercitum mittendū in aphricā contra iugurtham cum dicit his literis.

Nititř cirthā igredi vbi erat adherbal.

De scauro.

prouinciam venit. Ac tametsi Senat⁹ verbis graues mi-
næ nuntiabantur: quod ab oppugnatione nō desisteret,
multa tamen oratione consumpta: frustra lega discesse-
re. Ea postquā Cirrhæ audita: sunt. Italici quorū virtu-
te mœnia defensabantur: cōfisi deditione facta propter
magnitudinē populi Ro. inuiolatos sese fore, Adher-
bali suadent, vti sese, & oppidum Iugurthæ tradat: tan-
tū ab seo vitam paciscatur: de cæteris Senatui curæ fore.
At ille tametsi omnia potiora fide Iugurthæ rebatur:
tamen quia penes eosdem: si aduersaretur: cogēdi pote-
stas erat: ita vti censuerāt Italici, deditionem facit.

Iugurthe immāitas notatur ex quo necat adherbalē penis affectū oppido occupato aliosque plures.



Vgurtha in primis Adherbalē ex cruciatū ne cat:deinde oēs puberes Numidas:atq; nego-tiatores promiscue:vti quisq; armatus obuiꝰ fuerat:interfecit. Quod postq; Romæ cognitum est:& res in Senatu agitari cœpit:ijdem illi ministri Regis in terpellando:ac sæpe gratia,interdum iurgijs trahendo tempus:atrocitatem facti leniebant. Adni. C. Memmius tribunus plebis designatus, vir acer, & infestus potentiæ nobilitatis Populū Roma. edocuisset id agi:vt p̄ paucos factiosos scelus Iugurthæ condonaret̄: ꝑfecto oīs inuidia in ꝓlatantis cōsultationibꝰ dilapsa foret. Tanta vis gratiæ, atq; Pecunia:Regis erat. Sed vbi Senatus delicti consciētia populū timet:lege Sēpronia prouinciæ futuris consulibus. Numidia, atq; Italia decretæ sūt Cōsulesq; declarati sunt. P. Scipio Nasica. L. Bestia. Calphurnius. Numidia Calphurnio Scipioni Italia obuenit Deinde exercitus, q̄ in africā portaret̄ scribit Stipēdiū aliaq; quæ bello vsui forēt:decernūtur. Ad Iugurtha cōtra spem nuncio accepto, quippe cui Romæ omnia venum ire in animo hæserat:filium:& cum eo duos familiares ad Senatum Legatos mittit. hisq; vt illis, quos Hiempsale interfecto miserat:præcepi: vt omneis mortaleis pecunia aggrediantur:qui postquam romam aduētabant. Senatus a Bestia consultus est:placeret, ne legatos Iugurthe recipi mœnibus ijque decreuere: nisi regnum, ip̄mq; deditū venissent: vti diebus ꝓximis decē Italia decederēt. Cōsul Nūidis ex Senatꝰ decreto nūcia

demōstra q̄d roman contra iugurthā facere decreuerit:post q̄ cognouerūt adherbalem ipo fuisse occisuz cū ciuiū multitudine.

Lex sēpronia dr lex q̄ sēproniꝰ tulerat vt sc3 qñ bellū timeret cōsules futuri in prouinciā destinarent.

ꝓsequit̄ ceptā historiā delegatz missis ab iugurtha docēs q̄mō exclusi sūt cū dicit q̄postq̄

ri iubet: ita infectis rebus, illi domū discedunt. Interim Calphurni⁹ parato exercitu: legit sibi homines nobiles factiosos, quorū auctoritate: quæ deliquisset: munita fore sperabat: in quis fuit Scaurus: cui⁹ de natura, & habitu supra memorauimus. Nam in consule nostro multæ, bonæq; artes animi: & corporis erant: quas omnis auaritia prępediebat: patiens laborū: acri ingenio: satis prouidens: belli haud ignarus: firmissimus contra pericula

ꝺ calphurnio cōsule exercitus ductore.

& insdias. Sed legiones p̄ Italiā Rhegiū: atque inde Siciliā porro ex Sicilia in Africā trāsuectæ sunt Igit. Calphurni⁹ in initio paratis cōmeatib⁹: acriter Numidiā ingressus est: multosq; mortales: & vrbes aliquot pugnando cœpit. Sed vbi Iugurtha pecūia p̄ legatos tētare belliq; qd' administrabat asperitatē ostēdere cœpit: animus

De scauro q̄ assūptus fuit socius ⁊ minister oim ꝯsilio= rū tn̄ ille scaur⁹ pe- cunia cor= rupt⁹ fuit

æger Auaritia facile conuersus est Cæterū socius, & minister omnium consiliorum assumitur Scaurus: qui tametsi a principio plerisq; ex factione eius corruptis: acerrime Regem impugnauerat: tamen magnitudine pecuniæ a bono, honestoq; in prauum abstractus est. Sed Iugurtha primū tantūmodo belli moram redimebat: existimans sese interim aliquid Romæ pretio: aut gratia

De sextio q̄stoviro romano qui erat de or dine q̄sto= rū q̄ recep tores dice bantur.

effecturū. Postea vero quā participē negocij Scaurum accepit: in maximā spem adductus recuperandæ pacis: statuit cū eis de oībus pactionibus pręsens agere. Cæterum interea fidei caussa mittitur a cōsule Sextus quæstor in oppidum Iugurthe Vaccam. Cuius rei species erat acceptio frumenti, quod Calphurnius palam legatis imperauer

rauer

rauerat quoniã deditionis mora induciæ agitabantur,
Igitur Rex vti cõstituerat.in castra venit:ac pauca præ-
senti consilio locutus:de inuidia sui facti,atq; vti ĩ dedi
tionẽ acciperetur,reliqua cum Bestia,& scauro secreto
transegit. Deinde postero die quasi per Satyram legẽ:
sententijs exquisitis:in deditionẽ accipitur.Sed vti pro
consilio imperatũ erat.Eleplanti.xxx,pecus: atq; equi
multi,non cũ paruo argenti pondere.Quæstori tradũ-
sese, regnūq; illius fide tradere. Metellus ꝑpere cūctos Senatorij ordinis ex hibernis accerciri iubet. Eorū, & alioꝶ, quos idōeos ducebat: cōsiliū habet. Ita more maiorū ex consilij decreto per legatos Iugurthæ imperat, argēti pōto ducēta millia: Elephantos oēs equorum, & armorū aliquantulū. Quæ postq; sine mora facta sunt, iubet oēs perfugas vinctos adduci. Eorum magna pars vti iussū erat adducti: pauci cū primū deditio cœpit ad Regē Bocchū in Mauritaniā abierāt. Igitur Iugurtha vbi armis, virisq; & pecunia spoliatus est: dū ipse ad imperandū Tisidiū vocaret, rursus cœpit flectere aīm suū & ex magna conscientia digna itinere. Deniq; multis diebus per dubitationem consumptis, cum modo tædio rerū aduersarū oīa bello potiora duceret: interdū ipse secū reputaret, quā grauis casᵒ ī seruitiū ex regno foret multis: magnisq; ꝑsidijs ne qcq; ꝑditis, de integro resumit bellū: & Romæ Senatus de prouincijs cōsultᵒ, Numidiā Metello decreuerat. Per idē tempus vticæ forte, C. Mario per hostias Dijs supplicanti: magna, atq; mirabilia portendi aruspex dixerat: ꝑinde, quæ animo agitabat: fretus dijs ageret, fortunā, quā sepissime experiretur, cuncta prospere euentura. At illū iā antea cōsulatus ingens cupido exagitabat, ad quē capiendū præter vetustatem familiæ: omnia abūde erāt: Industria, ꝓbitas. militiæ magna scientia: animus belli ingens: Domi modicus, libidinis, & diuitiarum victor: tantummodo Gloriæ auidus. Sedis natus: & per omnem pueritiam

Arpini altus: vbi primũ ætas militiæ patiens fuit: stipen
dijs faciundis, non Græca facundia, neq; vrbanis mun=
ditijs sese exercuit: ita inter bonas artes integrum inge
nium breui adoleuit. Ergo vbi primũ tribunatum mili=
tarem a populo petit, plerisq; faciem eius ignorantibus
facile notus per omnes tribus declaratur. Deinde ab eo
magistratu alium post alium sibi peperit: semperq; ĩ po
testatibus eo mõ agitabat: vt ampliora honore quam ge
rebat, dignus haberetur. Tamẽ is ad id locorũ talis vir.
(Nam postea ambitione p̃ceps datus est) cõsulatũ appe
tere nõ audebat. Etiam tum alios magistratus plebs con
sulatum, nobilitas inter se per manꝰ tradebat. Nouus ne
mo tam clarus, neq; tã egregius factis erat: qu is ĩdignꝰ
illo honore, & quasi pollutus haberetur. Igit̃ vbi Mariꝰ
aruspicis dicta eodẽ intendere videt: quo cupido animi
hortabat̃: ab metello petẽdi grã missionẽ rogat. Cui q̃=
q̃ virtus, gloria, atq; alia optanda bonis superabãt tñ in
erat contemptor animꝰ, & Superbia cõmune nobilita=
tis malum. Itaq; primũ commotus insolitare, mirari eiꝰ
consilium: & quasi per amicitiã monere: ne tam praua
inciperet: neu super fortunã aĩm gereret: nõ oĩa oĩbꝰ cu
piẽda esse: debere illi res suas satis placere. postremo ca
ueret id petere a ppl'o Ro. quod illi iure negaret̃: Postq̃
hæc atq; alia talia dixit: neque animus Marij flectitur: re
spõdit, vbi potuisset primũ per negocia publica factu=
rum sese quæ peteret. Ac postea sepius eadem postulãti
fertur dixisse: ne festinaret abire: satis mature illũ cum

Salustiꝰ docet q̃ma= rũ gesta er ga ipera= torẽ suum docetq; quõ ãbitio ĩ eiꝰ suffra gari visa ẽ aruspicis sẽtẽtia cũ dicit per.

dicit q̃ ma riꝰ bonis artibꝰ ex= ercitꝰ ẽ cũ adhuc eẽt rome cũ i= quit ergo. de metel= lo.

Salustiꝰ. p̃seq̃t am= bitiosum aĩm mariȷ̃ q̃ mariꝰ di cit postq̃ metellꝰ di xit hec.

*Contubernium a cō & taberna dr̄ loc⁹ vbi duo aut pluresſ ſunt in eodē tabernaculo id eſt habitaculo facto ex tabellis vt ſit vbi qs breuem ſtationē q̄rit.

De militibus. Saluſti⁹ proſequit̄ facta ambitioſa. marij ad cōſulatum feſtinātis ſolicitatione miranda cū dicit numida.

Marius hortat̄ numidā vt capiat iugurtham.

filio ſuo conſulatum petiturum. (Is eo tēpore * contubernio p̄ris ibidē militabat: ānos nat⁹ circiter. xx.) quae res Marium pro honore, quē affectabat cōtra Metellum vehemēter accederat: ita cupidine: atq; ira peſſimis conſultorib⁹ craſſari: neq; facto nullo, neq; dicto abſtinere, quod modo ambitioſum foret. Milites quibus in Hibernis præerat laxiore imperio, quā antea habere. Apud negociatores, quorū magna multitudo Vticæ erat criminoſe ſimul & magnifice de bello loq: dimidia pars exercit⁹ ſi ſibi permitteret̄ paucis diebus Iugurthā in cathenis habiturū: ab imperatore cōſulto bellum trahi: quod hō inanis, & regiæ ſupbiæ impio nimis gauderet Quae omnia illis ob firmiora videbant̄: quia diuturnitate belli res familiares corruperāt: & animo cupiēti nihil ſatis feſtinatur. Erat præterea in exercitu noſtro Numida quidā nomine Gauda Manaſtabilis filius, Maſiniſſæ nepos quem Micipſa teſtamento ſecundum hærredē ſcripſerat morbis confectus: & ob eam cauſſam mente paululū immutata: Cui Metellus petenti more regū, vt ſellam iuxta poneret: item poſtea cuſtodiæ cauſsā turmam equitū Romanorū: vtrūq; negauerat honorē, quod eorū modo foret: quos populus romanus Reges appellauiſſet: præſidiū, quod cōtumelioſum in eos foret: ſi eqtes Romani ſatellites Numidæ traderent̄. Hūc Marius anxium aggreditur: atq; hortatur, vt cōtumeliarum in imperatorem cū ſuo auxilio pœnas petat hominem ob morbos animo parū valido: ſecunda oratione extollit: illum Regem ingēt

gē ingētem virū Masinissæ nepotē esse: si Iugurtha captus, aut occisus foret. Imperium numidię sine mora habiturū. Id adeo mature posse euenire: si ipse cōsul ad id bellū missus foret. Itaq; & illū, & eqtes Romanos, milites, & negociatores alios ipse, plerosq; spes pacis ĩpellit: vti Romā ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribāt. Mariū imperatorē poscant. Sic a multis illi mortalib' honestissima suffragatiõe cōsulatus petebatur: simul ea tempestate plebs nobilitate fusa per legem Maniliā nouos ęxtollebat. Ita Mario cuncta procedere. Interim Iugurtha postquā omissa deditiõe bellū icipit: cum magna cura parare omnia: festinare: cogere exercitū: ciuitates, quæ ab se defecerāt: formidine: aut ostentādo premia affectare: cōmunire suos locos: arma, tela, aliaq;, q̄ spe pacis amiserat: reficere: aut cōmercari: seruitia romanorū allicere: & eos ipsos, qui ĩ pręsidijs erāt pecunia tētare: prorsus nihil intactū, neq; quietum pati: cuncta agitare. Igitur Vaccenses, quo Metellus initio Iugurtha pacificāte pręsidiū imposuerat: fatigari regis supplicijs: neq; antea voluntate alienati: principes ciuitatis inter se coniurāt. Nam VVLGVS vti plerumq; solet, & maxime Numidarum: īgenio mobili, seditiosum, atq; discordiosum erat: cupidum nouarum rerum: quieti, & otio aduersum. Deinde cōpositis inter se rebus in diē tertiū cōstituūt: quod is festus, celebratusq; p omnē Africā, ludum, & lasciuiam magis, quam formidinem ostentabat: sed vbi tempus fuit: centuriones, tribunos,

Sallusti' postq; finiuit digressionem factā de ambitiõe mariana redit ad gesta iugurthinacum dicit iteri numide seditiosi nouarūq; rerum cupidi sunt vt aliis locis dixit Sallusti' & hoc etiā loco ptz

Pricipes inter se cōstituerūt cedē perpetrandā in diē prime subsecuturum.

que militares: & ipm. præfectũ oppidi Titũ Turpilium Syllanũ: alius aliũ in domos suas inuitãt: eos omnis præter Turpilium inter epulas obtruncãt. Postea milites palantes, inermes: quippe in tali die & sine imperio aggrediuntur. Idẽ plebs facit: pars edocti a nobilitate: alij studio talium rerum incitati: quis acta consiliumque ignorãtibus: tumultus ipse, & res nouæ satis placebant. Romani milites perculsi ĩprouiso metu: ĩcerti, ignariq́ quid potissimũ facerẽt, trepidare: * arcẽ oppidi vbi signa, & scuta erãt: præsidium hostium: & porte ante clausæ fugã ꝓhibebãt. Ad hoc mulieres, pueriq́, ꝑ tectis ędificiorum saxa: & alia, quę locus præbebat, certatim mittere. Ita neque caueri anceps malum, neq́ a fortissimis infirmissimo generi resisti posse. Iuxta boni maliq́, strenui, & imbelles multi obtrũcati sunt. In ea tãta asperitate sæuissimis Numidis, & oppido vndiq́ clauso Turpili⁹ præfectus vnus ex omnib⁹ Italicis profugit ĩtactus. Id misericordia ne hospitis, an pactiõe, an casu ita euenerit: parum cõperimus: nisi quod illi in tãto malo turpis vita integra fama potior fuit: improbus, intestabilisq́ videtur. Metellus postq́ de rebus Vaccæ actis comperit: paulisper mœstus e cõspectu abijt. Deinde vbi ira & egritudo permista sunt, cum maxima cura vltum ire iniurias festinat. Legionem cum qua hyemabat, & quamplurimos potest Numidas equites, pariter cum occasu solis expeditos educit. Et postera die circiter horã tertiã peruenit in quãdam planiciẽ: locis paulo superioribus circumu

De militibus ꝑ oppidũ vagãtibus sine armis.

* Arx ꝓprie munitior ps vrbis est ab arcẽdo dicta: q᷑ ꝓhibeat hostes accedere. ver. in Eneid. Priamiq́ arx alta maneres.

Sallusti⁹ ꝓsequitur intermitiõnẽ Romanoꝝ militũ ad vnũ turpilium q̃ parũ superuicturus turpiter elaps⁹ est.

tā. Ibi milites fessos itineris magnitudine: & iā abnuentes oīa, edocet opidū vaccam nō amplius mille passuū abesse: decere illos æquo animo pati reliquū laborē: dū pro ciuibus suis viris fortissimis atq; miserrimis pœnas caperēt, præterea prędā benigne ostētat. Sic animis eorū arrectis, equites in primo latere: peditesq; arctissime pgere, & signa occultare iubet. Vaccēses vbi aīaduertere ad se versum exercitū pgere: primo vti res erat, Metellū esse rati, portas clausere. Deīde vbi neq; agros vastari, & eos qui primi aderāt, Numidas equites vident: rursum Iugurthā arbitrati: cū magno gaudio obuij procedūt. Equites peditesq; repēte signo dato: alij vulgum effusum oppido cædere: alij ad portas *festinare: ps turres caperē: ira, atq; spes prede ampli⁹ quā lessitudo posse. Ita Vaccēses biduū modo ex perfidia lætati, Ciuitas magna, atq; opulēta pene cūcta: aut prædę fuit. Turpilius quē præfectū oppidi vnū ex oībus pfugisse supra ostēdim⁹: iussus a Metello caussam dicere: postq; sese parū expurgat cōdēnatus, verberatusq; pœnas capite soluit. Nā is ciuis ex Collatia erat. Per idē tēp⁹ Bomilchar cuius impulsu Iugurtha deditionē quam metu deseruit incœperat: suspect⁹ regi: & ipse cū suspiciens nouas res cupere, ad perniciā eius dolū quærere, die, noctuq; fatigare animum. Deniq; oīa tentando: sociū sibi adiūgit Nabdalsam hominē nobilem magnis opib⁹ clarū: acceptumq; popularibus suis: qui plerūq; exercitū ductare seorsum ab rege: & oēs res exeq solit⁹ erat: quæ Iugur

Sallusti⁹ ostendit quō vaccēses qui biduo romanos occiderant a metello īperatore capti ⁊ occisi sūt: cū dicit. metellus. De vaccēsibus.

*Festinare pperare ē: dictū vt. M. varro sentit: quasi fessū esse Verg. Festinare viri: naʒ q̄ tā sera moratur Segnities. De turpilio pfecto illo viro. Sallusti⁹ psequit̃ in portunam pperationeʒ bomilcharis q̄ iugurthe suspect⁹ effect⁹ ē: cuʒ dicit p idē tempus.

De bomilchare cupiēte op⁹ inceptū p̄ficere q̄d opus erat de proditione iugurthe.

*Reputare aliq̄n p̄ cōsyderare et recolere capit.ʳ Apulei⁹. Cum mecū sepe reputarē. Aliqn̄ pro computare. Ulpianus. Item sumpt⁹ litis tuto reputabit & viatica: si ex officio necesse habuit aliq̄ exire vel p̄ficisci.

Numida sollicitator negociorū nabdalse literas iugurthe aperit.

thæ fesso, aut maiorib⁹ astricto superauerāt, ex quo ill[...] gloria, opesq̧ inuētæ. Igitur vtriusq̧ consilio dies in[...] dijs statuit, cætera: vti res posceret ex tēpore parari pl[...] cuit. Nabdalsa ad exercitum profectus est: quē inter h[...] berna Romanoꝝ iussus habebat: ne ager īultis hostib[...] vastaretur. Is postquā magnitudīe facinoris perculsu[...] ad tēpus non venit: metusq̧ rē impediebat: Bolmicha[...] simul cupidus incepta patrandi: & timore socij anxiu[...] ne omisso vetere consilio nouū quæreret, literas ad e[...] per homines fideleis mittit. In quis mollitiē, socordia[...] viri accusare: testari deos p̄ quos iurasset: monere ne p[...] mia Metelli in pestē conuerteret. Iugurthæ exitū ad[...] se, Cæterū sua ne: an virtute Metelli periret: id mō ag[...] ri. Proinde reputaret animo suo præmia, an cruciatu[...] mallet. Sed cū hæ lr̄e allatę sunt: forte Nabdalsa exer[...] to corpore fessus: ī lecto q̄escebat: vbi cognitis Bom[...] charis verbis, primo cura: deinde vti ægrū animū so[...] somn⁹ cœpit. Erat ei Numida quidā negotioꝝ curat[...] fidus, acceptusq̧, & oīm cōsilioꝝ nisi nouissimi par[...] ceps. Qui postq̄ adlatas literas audiuit: & ex cōsuetu[...] ne ratus opa, aut ingenio suo opus esse, in tabernacu[...] introiuit. Dormiēte illo epistolā super caput in Pul[...] temere positam sumit: ac perlegit. Deinde propere c[...] gnitis insidijs, ad Regē p̄git. Nabdalsa paulopost ex[...] rectus, vbi neq̧ epistolam repetit, & rē omnem vti a[...] erat ex perfugis cognouit, primo indicē persequi co[...] tus, postq̄ id frustra fuit, Iugurthā placādi gratia a[...]

dit: dicit quæ ipse parauisset, facere perfidia cliētis sui preuēta: lachrimās obtestatur per amicitiā: per quæ sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspectum sese haberet. Ad ea rex aliter atq; animo gerebat: placide respondit. Bomilchare atq; alijs multis quos socios insidiarū cognouerat: interfectis iram oppresserat: ne qua ex eo negotio seditio orireť. Neq; post id locorū Iugurthæ dies: aut nox vlla quieta fuit, neq; loco, neq; mortali cuiquā, aut tēpori satis credere. Ciues hostesq; iuxta metuere: circumspectare omnia: & omni strepitu pauescere: alio: atq; alio loco sæpe cōtra decus regiū noctu requiescere: interdum somno excitus arreptis armis tumultū facere: ita formidine quasi vecordia exagitari. Igiť Metellus: vbi de casu Bomilcharis. & indicio patefacto ex pfugis cognouit: rursus tanq; ad integrū bellum cūcta parat, festinatq; mariū fatigantē de profectione: simul & inuitū, & offensum sibi parū idoneū ratus domum * dimittit. Hæc Romæ plebes literis, quæ de Metello ac mario missæ erāt. cognitis volenti animo de ambobus acceperāt. Imperatori nobilitas: quæ antea decori fuerat inuidię eē. At illi alteri gnīs hūilitas fauorē addiderat. Cæterū in vtroq; magis studia partiū, quam mala, aut bona sua moderantur. Propterea seditiosi magistratus vulgus exagitare, Metellū omnibus concionibus capitis arcessere: Marij virtutē in maius celebrare. Deniq; plebes sic est accensa: vti opifices: agrestesq; oēs quorū res, fidesq; in manibus site erāt: relictis operib⁹ frequē-

Ex iugurtha respōdi de tali scelere p ditionis.
* Dimitto aliquādo significat mitto Vergili⁹ Equidem per littora certos. Dimittā Interdū relinquo. Cicero. Cū exercitum nō tā tueri q; vł tradere: vł dimittere cogitaret.

reddit ad gesta metelli cū dicit. igitur & cū dicit deniq; recitat q; tū potuere istigatiōes factiosorū i plebeios

134

Redit᷒ ad gesta me- telli cū di- cit igit᷑ et cū dicit de niqꝫ reci tat q̄ꝫtum potuere in fligatiões factiosorū ī plebeios

taret Marium, & sua necessaria post illius honorē duce
rent. Ita perculsa nobilitate: post multas tēpestates no-
uo hoī cōsulat᷒ mādat᷑: & postea populus a tribuno ple-
bis Lucio, Mālio mācino rogat᷒ quē vellet cū Iugurtha
bellum gerere: frequēs Marium iussit. Sed senatus pau
lo ante Metello Numidiā decreuerat. Ea res frustra fuit.
Eodē tēpore Iugurtha amissis amicis, quorum plerosq;
ipse necauerat: cæteri formidine, pars ad Romanos, alii
ad Regē Bocchū ꝑfugerant, cum neqꝫ bellum geri sine
ministris posset, & nouorū fidē in tanta perfidia veteri
experiri periculosum duceret, vagus incertusqꝫ agita

Redit Sal lustius ad conat᷒ iu gurthe re citādos cū dicit eodē tempore.

batur, neqꝫ illi res vlla, neqꝫ cōsilium, aut quisquā hoi
satis placebat. Itinera, præfectosqꝫ idies mutare. mod
aduersum hostes: interdum in solitudines pergere: sæp
in fuga: ac paulopost spem in armis hr̄e dubitare virtu
an fidei ppl'ariū min᷒ crederet, ita quocūqꝫ ītēderat:
aduersæ erāt. Sed iter eas moras repēte sese Metell᷒
exercitu ostēdit. Numidæ ab Iugurtha ꝓ tēpore par
instructiqꝫ: deinde præliū incipitur. Qua in parte R
pugnæ adfuit: ibi aliquēdiu certatū est. Cæteri oēs ei
milites primo cōgressu pulsi: fugatiqꝫ Romani signo

Sallusti᷒ cōmemo rat vt iterꝝ victus sit iugurtha nō ipsi᷒ sꝫ militūꝫ vi tio cum di cit sꝫ iter.

& armorꝝ. & aliquāto numero hostium potiti. Nam
me Numidas in omnibus prælijs magis pedes quam
ma tuti sunt. Ea fuga Iugurtha impensius modo reb
suis diffidēs cum perfugis, & parte equitatus in soli
dines: deīde Thalā ꝑuenit. Id oppidū magnū, atqꝫ op
lētū: ibiqꝫ pleriqꝫ thesauri, filiorumqꝫ ei᷒ multus pu

tiæ cultus erat. Quæ postq̃ Metello cõperta sunt: quãq̃ inter Thalam, flumenq̃ proximũ in spacio Millium quinquaginta, loca arida, atq̃ vasta esse cognouerat: tamen spe patrandi belli si eius oppidi potitus foret: omnes asperitates superuadere, ac naturã loci etiam vincere aggredit. Igitur oĩa iumẽta sarcinis leuari iubet: nisi frumẽto dierũ. x. Cæterũ vtres modo, & alia aquæ idonea portari. Præterea cõquirit ex agris quãplurimũ potest domiti pecoris, eoque ĩponit vasa cuiusq̃ modi: sed pleraq̃ lignea collecta ex tugurijs Numidarũ. Ad hoc finitimis ĩperat: q se post regis fugã Metello dediderãt: quãplurimũ quisq̃ aquæ portaret, diem, locumq̃: vbi præsto forent: prædicit. Ipse ex flumine, quam proximã oppido aquã esse supra diximus iumẽta onerat. Eo modo instructus ad Thalã proficiscitur. Deinde vbi ad id loci ventum est: quo Numidis præceperat: & castra posita: munitaq̃ sunt. tanta repente cælo missa vis aquæ dicit: vt ea modo exercitui satis, superq̃ foret. Præterea commeat⁹ spe amplior: quia Numidæ sicuti pleriq̃ in noua deditione officia intenderãt. Cæterũ milites religione pluuia magis vsi, eaq̃ res multũ animis eorũ addiderat Nam rati sese Dijs immortalibus curæ esse. Deinde postero die contra opinionẽ iugurthæ ad Thalã peruenerunt. Oppidani qui se locorum asperitate munitos crediderant: magna atq̃ ĩsolita re perculsi: nihilo segnius bellum parare: idem nostri facere. Sed Rex nihil iam Metello infectum credens; quippe qui omnia arma, te-

De metello loca sine aqs esse cognoscẽde. ostẽdit qd metell⁹ iubet cuz dicit. igitur.

Ad thalã illud oppidũ pergit

Dicit hic cõtra opinionez iugurthe: q iugurtha: opinatus erat eos eo nũq̃ accessuros.

la:equos, locos:tēpora:deniq; naturā ipsam cæteris im
peritantem, industria vicerat: cū liberis, & magna par-
te pecuniæ ex oppido noctu ꝑfugit. neq; postea in nul-
lo loco amplius vno die, aut vna nocte moratus simula-
bat, sese negocij gratia properare. Cæterarum proditio
nem timebat: quam vitare posse celeritate putabat. Nā
talia cōsilia per otyum ex opportunitate capi. At Metel
lus vbi Oppidanos prælio intentos, simul oppidum, &
operibus, & loco munitum videt: vallo, fossaq; mœnia
circūuenit. Deinde locis ex copia maxīe idoneis vineas
agere: superq; aggerem impositis & superagerem tur-
ribus opus & administros tutari. Contra hæc Oppida-
ni festinare: parare prorsus, ab vtrisq; nihil reliquū fie-
ri. Deniq; Romani multo ante labore: prælijsq; fatigati
post dies quadraginta: quam eo vētum erat oppido mo
do potiti: præda eis a perfugis corrupta. Hi postquam
murum arietibus feriri: resque suas afflictas vident: au-
rum: argentumq;: & alia quæ prima ducuntur: domum
regiam cōportant. Ibiq; vino, & epulis onerati, illa quę
& domū: & semet igni corrumpūt, & quas victi ab ho-
stibus pœnas metuerant: eas ipsi volētes pepēdere. Sed
pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Me-
tellum venerant: orātes vti præsidium, præfectumq; co
mitteret. Hamilcharem quēdam hominē nobilem, fa-
ctiosum: nouis rebus studere: aduersum quem neq; im-
peria magistratuū, neq; leges valerent: id ni festinaret:
in summo periculo suam salutem, & illorum socios fore

Nō ƥt rex tradi sine opportunitate loci quō insidie locent

Hic salustius recitat oppugnationē & tādē expugnationē thale oppidi.

Uinea capit hic ꝑ machinis bellicis vinearū figurā habētibus.

Nam Leptitani iam inde a principio belli Iugurthini ad Bestiā consulem, & postea Romam miserant: amicitiā. societatēq; rogatū. Deinde vbi ea īpetrata fuere: semp boni: fidelesq; mãsere: & cuncta a Bestia, Albino, Metelloq; imperata gnauiter fecerāt. Itaq; ab imperatore facile q̄ petebāt adepti sunt: missæ sunt eo cohortes, Ligur iiij. & C. Annius prefectus. Id oppidū ab Sidonijs conditum est: quos accepimus profugos ob discordias ciuiles nauib' in eos locos venisse. Cæterum situm inter duas syrteis: quibus nomē ex re inditum. Nam duo sunt sinus prope in extrema Africa: impares magnitudine: pari natura: quorū loca ꝓxima terræ præalta sunt. Cætera vti fors tulit alta: alia in tēpestate * vadosa. Nā vbi mare magnū esse, & sæuire cæpit vētis: limum, harenamq; & saxa ingētia fluctus trahunt. Ita facies locorum cum ventis simul mutatur. Syrtes ab tractu nominatæ. Eius ciuitatis lingua: modo conuersa connubio Numidarum legum: cultusq;, pleraq; Sydonica, quæ eo facilius retinebātur: quod procul ab imperio regis ætatem agebāt Inter illos & frequentem Numidiam, multi vastiq; loci erant: sed quoniam in has regiones per Leptitanorū negotia venimus: indignum videtur egregium, atque memorabile facinus duorum Carthaginensium memorare Eam rem dicere nos locus admonuit. Qua tempestate Carthaginenses pleræq; Africe imperitabant, Cirenenses quoq; magni, atq; opulenti fuere. Ager in medio harenosus vna specie. Neq; flumen, neque mons erat: qui

Salusti' mira bre= uitate pro greditᵣ ad describen da ea q̄ de leptitanis ꝯtingerēt cū dicit. sʒ

aquosit cō ditū oppi= dū leptis dictū. s. a si donijs. i. pplis phe nicis regi onis.

Ubi sit si= tū illud op pidū.

* vadosū dr quodhʒ frequētia vada hoc ē frequētia loca q̄ trā= siri pedib' possunt.

Ingreditᵣ narratio= nē de aris philenoꝝ cū dicit: sʒ quoniam.

Salusti⁹ ꝓsequit̃ digressionẽ ceptã de philenis & cirenẽsib⁹ cum dicit. postq;.

fines eorũ discerneret: quæ res eos magno, diuturnoq; bello inter se habuit. Postquam vtrinq; legiones, item classe sæpe fusæ, fugatæq;, & alteri alteros aliquantulũ attriuerãt: veriti ne mox victos victoresq; defessos alius aggrederetur: per inducias spõsionẽ faciũt, vti certo die legati domo ꝓficiscerent̃: quo in loco inter se obuij fuissent: ibi cõmunis vtriusq; populi finis haberetur. Igitur Carthagine duo fratres missi: quibus nomen Philænes erat maturauere iter pergere. Cirenẽses tardius iere: id socordia ne. an casu acciderit, parũ cognoui. Cæterum solet in illis locis tempestas haud secus, atq; in mari retinere. Nam vbi per loca æqualia, & nuda gignẽtium ventus coortus harenam humo excitauit: ea magna vi agitata, ora, oculosq; implere solet: ita prospectu impedito morari iter: Postquã Cirenenses aliquanto posteriores sese vident: & ob rem corruptam domi pœnas metuunt: criminari Carthaginenseis ante tempus domo digressos: cõturbare rem. Deniq; omnia malle, quam victi abire. Sed cum Pœni aliam conditionem tantũmodo æqua peterent. Cirenenses optionem Carthaginẽsib⁹ faciũt vt vel illi, quo fines populo suo peterent, ibi obruerentur: vel eadem cõditione sese quẽ in locũ vellẽt processuros dimitterẽt. Phileni conditione probata, seq;, vitã q; suã Reip. cõdonauere: ita viui obruti. Carthaginẽses in eo loco Philenis fratribus * aras cõsecrauere: alijq; illis domi honores constituti. Nunc ad rem redeo.

* Aras abardẽdo dictas plerīq; existimãt: qđ in his victime adolerent̃ & tam superis q̃ iferis deis ɔstituebãtur Verg. in bucco. En q̃ttuor aras Ecce duas tibi daphni duoq; altaria phebo



IVgurtha postquā amissa Thala nihil satis firmum contra Metellū putat: ꝑ magnas solitudines cum paucis ꝓfectus, peruenit ad Getulos: genus hominū ferū, incultūq;, & eo tempore ignarū nominis Romani. Eorū multitudinē ī vnū cogit: ac paulatim consuefacit ordines habere, signa sequi. Imperiū obseruare: itē alia militaria facere. Præterea Regis Bocchi ꝓximos magnis mūerib⁹, & maiorib⁹ ꝓmissis ad studiū sui perducit: quis adiutorib⁹ Regem aggressus, īpellit: vti aduersū Romanos bellū incipiat. Id ea gratia facili⁹, ꝓcliuiusq; fuit, qđ Bocch⁹ īitio huiusce belli Legatos Romā miserat: fœdus & amicitiam petitū. Quā rē opportunissimā incepto bello pauci īpediuerāt: cæci Auaritia: quis oīa honesta, atq; inhonesta vendere mos erat. Etiam antea Iugurthæ filia Boccho nupserat. Verū ea necessitudo apud Numidas, Mauros q; leuis ducit: qđ singulis ꝑ opib⁹, quisq; quāplurimas vxores, denas alij, alij plures habēt: sed reges eos āpli⁹: ita animus multitudine distrahitur, nullam ꝓ socia obtinet: pariter omnes viles sunt. Igitur in locum ambobus placitū exercitus conueniunt: ibi fide data: & accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accēdit: Romanos iniustos, ꝓfūda auaritia, cōmunes omniū hostes esse: eandem illos caussam belli habere cum Boccho, quā secum, & cū alijs gentibus libidine imperitandi: quis oīa regna aduersa sint: tum sese paulo ante Carthaginiēseis item Regē Persen: post vti quisq; opulentissimus vide-

*Iugurtha conabat adducere Romanos in inuidiam Bocchore gi: vt bocchus illi auxilio esset.

Sallusti⁹ hic ad historiam reuertit: cōmemorās vt Iugurtha a boccho maurorū rege suppetias petijt ꝛ obtinuit.

Cum bocch⁹ misit legatos romā amicitie petende causa.

Ꝙ iugurtha accendit animū bocchi oratione continentie sequentes sentētias.

Sallustiꝰ ōndit q̄tū potuit oratio Iugurthe cuž dicit. his atq; alijs.

Sallustiꝰ ōndit qd cōtra egerit metellꝰ imperator cū dicit imperator.

*Oppiorībū deponēs cū duplici pp scribit: et significat expecto. Manedū atq; hic opperire.

Multorū opinio.

Sallustiꝰ ōndit quō metellus inuidia victus cepit negligētiꝰ agere: ne aduersario suo gloriam pareret: cum dicit: igitur eo dolore.

batur:ita Romanis hostē fore. His atq; alijs talibus dictis,ad Cirtham oppidum iter constituūt:quod ibi. Q. Metellus prædam,captiuosq;,& impedimenta locauerat. Ita Iugurtha ratus,aut capta vrbe operepretium fore:aut si Dux Romanꝰ auxilio suis venisset,prælio sese creaturos. Nam callidus id modo festinabat Bocchi Pacē imminuere:ne moras agitādo aliud quā bellū mallet Imperator postq; de Regum societate cognouit:non temere,neq; vti sæpe iam victo Iugurtha cōsueuerat:oibꝰ locis pugnandi copiam facit. Cæterum haud procul ab Cirtha castris munitis Reges *operirī meliꝰ esse ratꝰ cognitis Mauris:qm̄ is nouꝰ hostis accesserat,ex cōmodo pugnā facere:interim Roma per literas certior fit: prouinciam Numidiam Mario datam. Nam consulem factū antea acceperat. Quibus rebus supra bonum atq; honestum perculsus. neq; lachrymas tenere neq; moderari linguā,vir egregius in alijs artibus nimis molliter ęgritudinē pati. Quam rem alij in superbiam vertebant:alij bonum ingenium contumelia accēsum esse:multi quod iam parta victoria ex manibꝰ eriperetur. Nobis satis cognitum est:illū magis honore Marij,quā iniuria sua excruciatum:neq; tam anxie laturū fuisse,si adepta prouincia alij,quā Mario traderet. Igitur eo dolore impeditus,& quia stultitiæ videbatur ALIENAM rē suo periculo curare Legatos ad Bocchum mittit postulatum ne sine caussa hostis Populo Romano fieret: habere tū magnam copiam societatis,amicitiæq; coniungendæ:

quæ potior bello esset: & quamquã opibus suis confide ret: tamen non debere incerta pro certis mutare. Omne bellum sumi facile: cæterum ægerrime desinere: non in eiusdem potestate initium eius, & finem esse. Incipere cuiuis etiam ignauo licere: non deponi: nisi cum victores velint: proinde sibi, regnoq; suo consuleret: neu florẽtes res suas cũ Iugurthæ ꝑditis misceret. Ad ea rex satis placide verba facit: sese pacẽ cupere: sed Iugurthæ fortunarũ misereri: si eadẽ illi copia fieret: omnia conuẽtura. Rursus imperator contra postulata Bocchi nũtios mittit. Ille probare, partim alia abnuere. Eo modo sæpe ab vtroq; missis, remissisq; nũtijs tẽpus ꝓcedere: & ex Metelli voluntate bellũ intactũ trahi. At Mari⁹ vt supra diximus: cupientissima plebe consul factus: postquã ei prouinciam Numidiam populus iussit: antea iam infest⁹ nobilitati: tum vero multus, atq; ferox ĩstare. Singulos modo: modo vniuersos lædere, dictitare sese consulatũ ex victis quasi illis spolia cœpisse: alia pręterea magnifica ꝓ se, & illis dolẽtia. Interim quæ bello opus erãt prima habere: postulare legionibus supplemẽtũ: auxilia a populis, & regib⁹: socijsq; arcessere. Preterea ex Latio fortissimũ quẽq;. Plerosq; militia: paucos fama cognitos accire: & ambiẽdo cogere hoĩes emeritis stipẽdijs secum proficisci. Neq; illi Senatus quamquã aduersus erat: de vllo negotio abnuere audebat. Cæterũ supplemẽtum etiam *lætus decreuerat: quia neq; plebe militiã volente putabatur Marius aut belli vsum, aut studia

Rex boch⁹ benigne respondet ad dicta metelli.

Sallusti⁹ prosequit insolẽtiã mariꝗ: qui postq̃ consul creat⁹ ẽ supbe ⁊ in nobilium ꝯtumelias faciebat oia: cuz dicit. at marius.

*Let⁹ ꝓprie is est qui hilaritatẽ quã int⁹ hꝫ ẽt vultu ostẽdit. Uerg. Imperio leti parẽt. Item. ⁊ letus cois Eur⁹ eq̃s.

vulgi amissurus. Sed ea res erat frustra sperata, tāta libi do cū Mario eundi plerosq; īuaserat. Sese quisq; p̄da locupletem fore, victorē domū rediturū: alia huiuscemodi animis trahebant: & eos non paulum oratione sua Marius arrexerat. Nam postq; oībus, quæ postulauerat, decretis milites scribere vult: hortandi caussa, simul & nobilitatem (vti cōsueuerat) exagitādi, concionē populi aduocauit. Deinde hoc modo disseruit.

de ipo mario cōsule

ORATIO MARII.



In hac orōne q̄ est in gñe de mōstratiuo mari⁹ virtutes suas dmōstrat bōas artes suas strenuūq;.



Scio ego quirites plerosq; non iisdem artibus imperium a vobis petere: & postquam adepti sunt gerere: primo industrios, supplices, modicos esse: deinde per ignauiam, & superbiam ætatem agere. Sed mihi contra videtur. Nam quo vniuersa Respubli. pluris est, quam consulatus: aut pr

tura eo maiore cura illā administrari, quā hæc peti debe
re. Neq̧ me fallit: quantū cum vestro maximo beneficio
negotij sustineā: Bellum parare, simul & ærario parce
re, cogere ad militiā eos, quos nolis offendere domi, fo
risq̧ omnia curare: & ea agere inter inuidos occursan-
tes factiosos: opinione quirites asperius est. Ad hoc alij
si deliquere: vetus nobilitas, maiorū fortia cognatorum
& affinium opes, multæ clientelæ, omnia hæc præsidio
adsunt. Mihi spes oēs in memet sitæ: quas necesse est vir
tute, & innocentia tutari. Nam alia infirma sunt: & illud
intelligo. Quirites omniū ora in me cōuersa eē: æquos
bonosq̧ fauere: quippe beneficia mea Reipu. procedūt
nobilitatem locū inuadēdi me quærere. Quo mihi acri
us adnitendum est: vt neq̧ vos capiamini: & illi frustra-
ti sint. Ita ad hoc ætatis a pueritia fui: vt omnes labores,
& pericula cōsueta habeā. Quæ ante vestra bñficia gra
tuito faciebam: ea vti accepta mercede deseram: non est
cōsiliū. Quirites. Illis difficile est in potestatibus tempe
rare: qui per ambitionem sese probos simulauere. Mihi
qui oēm ætatem in optimis artibus ægi benefacere iam
ex Consuetudine in naturam verti. Bellum me gerere
cum Iugurtha iussistis: quam rem nobilitas ægerrime
tulit. Quæso, reputate cum animis vestris: num id muta
ri melius sit. Ecquem ex illo globo nobilitatis ad hoc,
aut aliud tale negotium mittatis, hominē veteris ꝓsapie
ac multarū imaginū & nulli⁹ stipēdij: scilicet vt in tāta re
ignar⁹ oīm trepidet: festinet: sumat aliquē ex ppl'o mo-

Sim extollēdo ꝛ nobilitati ignauiā exprobratq̧ ac vicio; dat.

Parcere erario est pcere thesauro publico ne exhauriatur

Quirites romani nobiles sunt a q̄rino. i. romulo vrbis rome: cōditore primo.

Cōmemorat virtutē ꝛ inocētiā vite suecū dicit ego fui.

* Erariū loc⁹ i quo publica pecūia custodiebat: qđ rome i ede saturni erat.

De illis q̄ postq̄ ꝯsules fcti sūt

nitorē sui officij. Ita plerūq; euenit: vt quē vos imperare
iussistis: is sibi īperatorē aliū quærat. Atq; ego scio. Qui
rites, q̄ postq̄ cōsules facti sunt: acta maiorū, & Græco
rū militaria p̄cepta legere cœperint * p̄posteri homines
Nam gerere, q̄ fieri tēpore posterius: re, atq; vsu prius
est, comparate nūc Quirites: me hominem nouū cum il

* Preposter⁹ q̄ primo loco ē cū deberet esse postremo.

lorū superbia. Quæ illi audire, & legere solent: eorum
partem vidi: alia gessi: quæ illi litteris, ea ego didici mi
litādo. Nūc vos existimate: Facta an dicta pluris sint. Cō
temnunt nouitatem meam: ego illorum ignauiam: mihi

Manifeste īsurgit ī nobiles & se isolentibus cōmēdat cu3 ꝺ3 cōparare: nūc q̄rites

fortuna, illis probra obiectantur: q̄q̄ ego Naturam vnā
& cōmunē omnium existimo: sed fortissimū quēq; ge
nerosissimū esse. Ac si iam ex patribus Albini, aut Bestiæ
quæri posset: me ne, an illos ex se gigni maluerint: qd re
sponsuros creditis? nisi sese liberos, quā optimos volui
sse? quod si iure me despiciunt, faciant idem maioribus
suis: quibus, vti mihi ex virtute nobilitas cœpit. Inuidēt

q̄ inuidēt honori suo eo q̄ ad cōsulatū peruenerit.

honori meo: ergo inuideant labori & innocētiæ: pericu
lis etiam meis: qm̄ per hæc illū honorē cœpi. Verum ho
mines corrupti superbia: ita ætatem agūt: quasi vestros
honores cōtemnāt: ita hos petūt: quasi honeste vixerint.
Nec illi falsi sunt: q diuersissimas res pariter expectant
voluptatē: & præmia virtutis. Atq; etiam cum apud vos
aut in senatu verba faciunt: pleraq; oratione maiores su
os extollunt: eorum fortia facta memorando clariores
sese putāt: quod cōtra est. Nam quanto vita illorū præ
clarior, tāto horum socordia flagitiosior. Et p̄fecto ita

ser

ſeres habet: maiorum GLORIA poſteris quaſi lumē ē,
neq; bona eorum, neq; mala in occulto patitur. Huiuſ-
ce rei ego inopiā patior Quirites, verum id quod mul-
to preclarius eſt: mea facta mihi dicere licet. Nunc vide-
te, quā iniqui ſint: qđ ex aliena virtute ſibi arrogant: id
mihi ex me nō cōcedūt. Scilicet quia imagines non ha-
beo: & quia mihi noua nobilitas eſt: quam certe PEPE
RISSE: quam acceptā corrupiſſe melius eſt, Equidem
ego non ignoro: ſi iam mihi reſpondere velint: abunde
illis facundam, & compoſitam orationem fore. Sed in
maximo veſtro beneficio: cum omnibus locis me, voſq;
maledictis lacerent: non placuit reticere: ne quis mode-
ſtiam in conſcientiam duceret. Nam me quidem ex ani-
mi ſententia lædere nulla oratio pōt: quippe vera neceſ
ſe eſt predicent: falſa vita: moreſq; mei ſuperāt. Sed quo
niam veſtra cōſilia accuſantur: qui mihi ſummum hono
rem, & maximum negotyum impoſuiſtis: etiam atque
etiam reputare: num eorum pœnitendum ſit. Non poſſum
fidei cauſſa imagines, neq; triūphos: aut cōſulatus ma-
iorum meorum oſtētare. At ſi res poſtulet: haſtas, vexil-
lum, phaleras, alia militaria dona: preterea cicatrices in
aduerſo corpe. Hæ ſunt meæ imagines: hæc mea nobili
tas, non hereditate relicta: vt illa illis, ſed quæ ego pluri
mis meis laboribus, & periculis quæſiui. Non ſunt com
poſita verba mea. Parum id facio. IPSA ſe virtus ſatis
oſtēdit. Illis artificio opus eſt: vt turpia facta oratiōe te-
gant: neq; litteras græcas didici: parum placebat eas di

Sola ſupbia cōſtruit omnia.

q̄ nō ignorat ſi nobiles velint rñdere obiectis ſuis

Alloquit̄ quirites.

callide negat ſibi eē ea q̄q; ad virtutē faciunt neq; plebeiorū q̄ſq; agnoſcere poterat cū dicit nō poſſum

Tegere ꝓprie opire ē: ꝑ metaphoraz tñ tegere ꝓ celare accipimus.

Mar. q̄d tegit̄ maius credit̄ eē malum

scere:quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profue-
rant. At illa multo optima Reip. doctus sum: hostem fe-
rire: præsidia agitare: nihil metuere, nisi turpem famam:

dicit seip̄ʒ milites hortaturū cū ꝺt his.

hyemem, & æstatē iuxta pati: humi requiescere: eodem
tempore inopiam, & laborem tolerare. His ego præce-
ptis milites hortabor. Neq; illos arcte colā: vt me opulē-
tēt: neq; gloriā meā laborē illorum faciam. Hoc est vtile
hoc ciuile imperiū. NANQVAE cum tu per mollitiem
agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum: non

*Cōtēnere spnere ē. Ci. quē q̄ ꝯtēpserit: despexerit: liberū eē nūq̄ dixerit.

imperatorem esse. Hæc, atq; alia maiores vestri facien-
do, seq;: & Rēp. celebrauere. Quis nobilitas freta, ipsa
dissimilis moribus: nos illorū æmulos cōtēnit: & oēs ho-
nores nō ex merito: sed quasi debitos a vobis repetit. ce-
terū hoīes supbissimi procul errāt, Maiores eorum om-
que licebat illis reliquere: diuitias, imagines, memoriam

De nobilibus superbissimis.

sui præclarā: virtutē nō reliquere: neq; poterāt. Ea SO-
LA neq; datur dono: neq; accipitur. Sordidum me, & in-
cultis moribus aiūt: quia parum scite conuiuium exor-
no, neq; histrionem vllum, neque pluris pretij coquum
quam villicum habeo: que mihi libet confiteri Quirites.
Nam ex parente meo, & ex alijs sanctis viris, ita accepi
MVNDITIAS mulieribus. VIRIS laborem conuenire:

Naso ait. sint ꝓcul a nobis iuuenes vt femina compti.

omibusque bonis oportere plus gloriæ, quam diuitia-
rum esse: arma: nō supellectilem decori esse. Quū ergo
quod iuuat: quodq; carum æstimant: id semper faciant
ament: potent: vbi adolescentiam habuere, ibi senectu-
tem agant in conuiuijs: dediti ventri, & turpissime pa-

ti corporis sudorem, puluerē, & alia talia relinquāt no
bis qbus illa epulis iucūdiora sunt. Verum non est ita.
Nam vbi flagitijs se decorauere turpissimi viri bonorū
præmia ereptum eunt. Ita iniustissime luxuria: & igna
uia: pessimæ artes: illis qui coluere eas: nihil officiūt. rei
pu. innoxiæ cladi sunt. Nūc qm̄ illis quantū mores mei,
non quātū illorum flagitia poscebāt: respōdi: pauca de
Repu. loquar. Primū omnium bonū habetote de Numi
dia animū Quirites. Nam quæ ad hoc tēpus Iugurtham
tutata sunt: oīa remouistis: auaritiā, imperitiā, atq; sup=
biā. Deīde exercit⁹ ibi est locorū sciēs: sed me Hercule
magis strenuus, quā fœlix. Nam magna pars ei⁹ auari=
tia, aut temeritate ducum attrita est. Quamobrem vos,
quibus militaris est ætas: adnitimini mecū: & capescite
Rempu. neq; quenq; ex calamitate aliorū, aut imperato
rum superbia metus cœperit. Egomet in agmine: aut in
prælio, cōsultor idem, & socius periculi vobiscū adero:
me, vosq; in oīb⁹ reb⁹ iuxta gerā: & ꝑfecto Dijs iuuan
tibus omnia matura sunt: victoria, præda, laus. Quæ si
dubia, aut procul essent: tamen oēs bonos Reip. subue
nire deceret. Etenim nemo Ignauia immmortalis fact⁹
est, neq; quisq; parens liberis: vti eterni forent, optauit:
magis vti boni, honestiq; vitam exigerent. Plura dice=
re. Quirites: si timidis virtutem verba adderent. Nā stre
nuis abunde dictū puto. Huiuscemodi oratione habita
Marius postquā plebis animos arrectos videt: propere
commeatu, stipēdio: armis, alijsq; vtilib⁹ naues *onerat

De illis q̄ sūt pecca tis dediti.

Incipiēs loq̄ de re publi. pre cipue dicit q̄ in rē suā putat: di cendo pri mum.

Hic sallu stius ꝑseq tur studiū belli ipsi⁹ mariū di cēs mari⁹

*Onero ē pond⁹ ipo nō: trāsfer turq; ētad animū: vt onerat me curis: one rat me la chrymis.

Cũm his Aulum Manliũ legatum proficisci iubet. Ipse interea milites scribere: non more maiorũ, neq; ex classibus: sed vti cuiusq; libido erat: capite cẽsos plerosq; id factum alij inopia bonorum: alij per ambitionẽ cõsulis

De mario q̃ in aphricam profectus est.

memorabãt: quod ab eo genere celebrat⁹, auctusq; erat & homini potẽtiam quærenti egentissimus quisq; opportunissimus: cui neq; sua cara: quippe quæ nulla sunt & omnia cum pretio honesta videtur. Igitur Marius cũ aliquanto maiore numero quã decretum erat, in Africã prẽfectus paucis diebus vticam aduehitur. Exercitus ei trãditur a. P. Rutilio legato. Nam Metellus conspectum Marij fugerat: ne videret ea, quæ audita anim⁹ tolerare nequiuerat. Sed consul expletis legiõibus: cohortibusq;

vtica oppidũ i prouincia aphricana.

auxiliarijs in agrũ fertilem, & præda honustum proficiscitur. Omnia capta ibi militibus donat. Deinde castella, & oppida, natura & viris parũ munita aggredi prælia multa: cẽterũ alia leuia alijs locis facere. Interim noui milites sine metu pugnæ adesse: videre fugientes capi aut occidi: fortissimũ quẽq; tutissimumm. Armis libertatem, patriam, parẽtesq;, & alia omnia regi: gloriam

De Boccho et iugurtha marij aduentũ cognoscentibus.

atq; diuitias quæri: sic breui spatio noui, veteresq; coaluere, & virtus omniũ æqualis facta. At reges vbi de aduentu Marij cognouerũt: diuersi ĩ locos difficiles abeunt. Ita Iugurthæ placuerat sperãti mox effusos hostes inuadi posse. Romanos, sicuti plerosq; remoto metu laxius licentiusq; futuros. Metellos interea Romam profectus contra spem suam lætissimis animis accipitur. Plebi, p

tribusq́ postq́ inuidia decesserat: iuxta car⁹. Sed Mari⁹
impigre, prudenterq́ suoꝝ & hostiũ pariter attende-
re: cognoscere quid boni vtrisq́, aut contra esset. Explo
rare itinera regum, consilia, & insidias eorũ anteueni-
re. Nihil apud se remissum, neq́ apud illos tutum pati.
Itaq́ & Getulos, & Iugurtham ex nostris socijs præ-
das agentes: sępe aggressus in itinere fuderat: ipsumq́
Regem haud procul ab oppido Cirtha armis exuerat.
Quæ * postq́ gloriosa modo facta sunt: neq́ belli pa-
trandi copiã cognouit, statuit vrbis: quę viris, aut loco
ꝓ hostib⁹, & aduersũ se opportunissime erant: singulas
circũuenire. Ita ratus Iugurthã aut ꝑsidijs nudatum iri:
si ea pateretur. aut prælio certaturũ. Nã Bocchus sæpe
ad eũ miserat nũtios: velle populi Romani amicitiã: ne
quid ab se hostile timeret. Id simulauerit, ne quo impro
uisus grauior accederet: an mobilitate ingenij pacem at
q́ bellum mutare solitus, parum exploratum est. Sed
cõsul vti statuerat: oppida, castellaq́ munita adire, ꝑtim
vi, alia metu, aut præmia ostẽtãdo auertere ab hostib⁹.
Ac primo mediocria gerebat, existimãs Iugurtham ob
suos tutandos in manus venturum. Sed vbi illũ procul
abesse: & alijs negotijs intentum accepit, maiora & ma
gis aspera aggredi tempus visum est. Erat inter ingen-
tes solitudines oppidum magnum, atq́ valens nomine
Capsa, cuius cõditor Hercules Lybis memorabatur, ei⁹
ciues apud Iugurthã immunes: leui imperio, & ob ea fi
delissimi habebãtur: muniti aduersum hostes, nõ mœni

Sallusti⁹ cõmemorat reditũ metelli in vrbẽ vbi ꝑter spẽ honorifice acceptus est cũ dicit metellus * Que postq́ mõ gloriosa: neq́ patrãdi belli cognouit ita legẽdũ ex Prisciano absq́ ꝟbo cã dum id ostendit: quõ latini sepi⁹ ac pretermissiõe vtunt̃ in hmõi genitiuis seu vocib⁹ vt subaudiat̃ cã: vt cũ dicim⁹ ꝑpt̃ seruãdi laborat & Rei pub. defendẽde ꝑiclitat̃ deest causa. de boccho rege.

bus modo,& armis atq; viris,verumetiā multo magis
locorum asperitate.Nam præter oppida ꝓpinqua:alia oīa
vasta,inculta: egētia,aquæ infesta serpentib⁹:quarum vis
sicuti omniū ferarum Inopia;cibi acrior.Ad hoc natura
serpentium ipsa perniciosa:siti magis:quā alia re accē

de mario.

ditur.Eius oppidi potiūdi Marium maxima cupido in
uaserat:cum propter vsum belli:tum quia res aspera vi
debatur:& Metellus oppidū Thalā magna gloria cœpe
rat haud dissimiliter situm,munitumq;:nisi quod apud
Thalā non longe a mœnibus aliquot fontes erant. Ca
psenses vna modo,atq; ea intra oppidū iugi aqua,cæte

Decapsensib⁹ dictis a capsa illo oppido magno.

ri pluuia vtebant̄.Id ibiq;,& in omni Africa: quæ pro
cul a mari incultius agebat:eo facilius tolerabatur:quia
Numidæ plerunq; lacte & ferina carne vescebantur:&
neq; salem,neq; alia Gulæ irritamenta quærebant. Ci
bus illis aduersus famem,atq; sitim,non libidini,neq;
luxuriæ erat.Igitur consul omnibus exploratis:credo

Decibis aduersis.

Dijs fret⁹:nā contra tales difficultates,consilio satis p
uidere nō poterat,quippe etiā frumēti inopia tentaba

docet qua subtilitate & artificioq; ac dexteritate mari⁹ capsam illud oppidum obsedit:et tandē cepit:cum dicit.igitur.

tur:quod Numidæ pabulo pecoris,magis quā aruo st
dēt.Et quodcūq; natū fuerat semē iussu Regis in lo
munita cōtulerāt.Ager aūt aridus,& frugū vacu⁹ ea
pestate.Nā æstatis extremū erat:tamē pro rei copia
tis prouidēter exornat.Pecus omne quod superiori
dieb⁹ prędæ fuerat:equitib⁹ auxiliarijs agēdū attrib
it Aulū Māliū legatū cū cohortibus expeditis ad op
dū Laris vbi stipēdiū:& commeatū locauerat:ire iub

dicitq; se prædabundū post paucos dies eodē venturū: sic incepto suo occultato, pergit ad flumē Tanā. Cæterū in itinere quotidie pecus exercitui p̄ centurias: itē per turmas æqualiter *distribuerat: & ex corijs vtres vti fierēt, curabat: simul & inopiā frumēti lenire, & ignaris oībus parare, quæ mox vsui forent. Deniq; sexto die cū ad flumē ventū est: maxima vis vtrium effecta est. Ibi castris leui munimento positis, milites cibum capere: atq; vti simul cū occasu solis egrederent̄: paratos esse iubet. Omnibus sarcinis abiectis, aqua modo, seq;, & iumēta onerare. Dein postquā tempus visum, castris egreditur noctemq; totam itinere facto cōsedit. Item p̄xima facit Deinde tertia multo ante lucis aduentū peruenit ī locū tumulosum: a Capsa nō amplius duū milliū interuallo. Ibiq;, quā occultissime potest cū oībus copijs operitur Sed vbi dies cœpit: & Numidæ nihil hostile metuentes multi oppido egressi: repente omnē equitatum, & cum his velocissimos pedites cursu tēdere ad capsam, & portas obsidere iubet. Deinde ip̄e intentus propere sequi neq; milites prædari sinere. Quæ postquam oppidani cognouere: res trepidæ: metus ingens: malum improuisum: ad hoc pars ciuium extra mœnia in hostiū potestate, coegere vti deditionem facerent. Cæterū oppidum incensum: Numidæ puberes interfecti: alij omnes venū dati: præda militibus diuisa. Id facinus contra ius belli: nō auaritia, neq; scelere cōsulis admissum: sed quia loc⁹ Iugurthæ opportunus, nobis aditu difficilis: gen⁹ homi

*Distribuere est res separatī disponere & suā cuiq; tribuere.

Salusti⁹ p̄sequitur īceptam historiam docēs quōad oppidū capsā puenerit ip̄e cum suis: & statim cepit. cum dicit deniq;.

Quō marius cepit capsam.

Oppidū incensum. s. capsa.

num nobile,infidũ:ante neq; beneficio,neq; metu coer-
citum.Postquã tantã rem pergit Marius sine vllo suorũ
incommodo:magnus,& clarus antea:maior,atq; clari-
or haberi cœpit:omnia nõ bene cõsulta in virtutem tra-
hebantur.Milites modesto imperio habiti,simul & lo-
cupletes,ad cœlum ferre. Numidæ magis q̃ mortalem
timere. Postremo oẽs socij, atq; hostes credere illi aut
mentẽ diuinã esse:aut Deorũ nutu cũcta portendi.Sed
cõsul vbi ea res bene euenit:ad alia oppida pergit:pau-
ca repugnãtibus Numidis capit,plura deserta propter
Capsensium miserias igni corrumpit: luctu, atq; cæde
omnia complentur.Deniq; multis locis potitus,ac ple-
risq; exercitu incruento:aliam rẽ aggreditur:non eadẽ
asperitate,qua Capsensium:cæterum haud secus diffici-
lem.Nanque haud longe a flumine Mulucha: quod Iu-
gurthæ,Bocchiq; regnum diuidebat:erat inter cæteri
planiciem mons saxeus:mediocri castello, satis patens
in immensum editus:vno perangusto aditu relicto.Nã
omnis natura velut opera:atque consulto præceps:quẽ
locum Marius,quod ibi Regis thesauri erant:summa vi
capere intendit: sed ea res forte, quam consilio melius
gesta est.Nam castello virorũ,atq; armorũ satis magna
vis:& frumenti,& fons aquæ aggeribus:turribusq;,&
alijs machinatiõibus erat locus importun⁹: iter castella-
notũ angustũ admodũ,vtrinq; precisum: vineæ cum in-
gẽti periculo frustra agebant̃:nam cũ he paulo pcessẽ-
rãt:igni,aut lapidib⁹,corrũpebant̃:milites neq; p ope-

cõmẽorat salustius quanti si habit⁹ ma ri⁹ post ca psensiũ ca ptionẽ ⁊ i- ternitionẽ ⁊ q̃d dein- ceps ege- rit cũ dicit mari⁹ post q̃.

Mõs saxe us dr ex so lido saxo constans.

Salusti⁹ docet quõ nõ cõsilio res gesta sit:quia ca stellũ i ex- pugnabi- le videri debuerat: cum dicit nam.

se cōsistere propter iniquitatē loci: neque inter vineas
sine periculo administrare: optimus quisq; cadere, aut sau
ciari: cæteris metus augeri. At Marius multis dieb⁹, &
laboribus cōsumptis: anxius trahere cum aīo suo: omit
teret: ne inceptū: qm̄ frustra erat: an fortunā opperiret
qua sæpe ꝓspere vsus erat. Quæ cū multos dies, noctesq;
q; æstuās agitaret: forte quidā Ligus ex cohortib⁹ auxi
liarijs miles * gregarius castris aquarū egressus: haud
procul ab latere castelli, quod aduersum ꝓliātibus erat:
aīaduertit īter saxa repētes Cocleas: quarū cū vnā, atq;
alteram: deinde plures peteret, studio legendi paulatim
ꝓpe ad summū mōtis egressus est: vbi postq; solitudinē
intellexit: more ingenij hūani cupido difficilia faciendi
animū vertit. Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat
inter saxa: paululū modo ꝓna, deīde inflexa, atq; aucta
altitudinē: quo cūcta gignentiū natura fert: cui⁹ ramis
modo: modo eminētibus saxis nixus Ligus: castelli pla
niciem perscribit: quod cūcti Numidæ intāti præliantī-
bus aderāt. Exploratis oībus, quæ mox vsui fore duce
bat: eodem regreditur: nō temere vti ascēderat, sed ten-
tans oīa, & circūspiciēs. Itaq; Marium ꝓpere adijt: acta
edocet, hortat̃ ab ea parte: qua ip̄e ascēderat castellum
tentet: pollicet̃ sese ducem itineris periculiq; nihil esse
docet. Marius cū ligure ꝓmissa eius cognitū ex presen
tibus misit: quorꝫ alij vti q; cuiusq; ingeniū erat. ita rem
difficilem, aut facilē renūciauere. Cōsulis tn̄ anim⁹ pau-
lulū arrect⁹. Itaq; ex copia tubicinū & cornicinū nūero

De mario q̇ multos dies et multos labores frustra consumpserat

* Gregarius miles dr̄ nō electus: sꝫ tumltuarie. vn̄cūq; collectus.

Aiaduerto cōsidero ꝛ punio significat.

Numide illius castelli intendebāt aīm ꝓliātib⁹ cuꝫ romanis.

Copia abūdantia dicitur.

quinq;:quam velocissimos delegit:& cum his præsidio
qui forẽt,quattuor cẽturiões:oẽsq; Liguri parere iubet:
& ei negocio proximũ diem cõstituit.Sed vbi ex præce

Dux ille edocẽsfuerat ligur ille vir miles ex liguria illa regiõe italie

pto tempus visum:paratis,& compositis omnib⁹ ad lo-
cum pergit.Cæterum illi qui centurijs præerant: edo-
cti ab duce:arma, ornatũq; mutauerant. Capite, atque
pedibus nudis vti prospectus,nixusq; per saxa facili⁹ fo
ret.Super terga gladij,& scuta:verũ ea numidica ex co
rijs:põderis gratia,simul & offensa,quo leui⁹ streperẽt
Igitur prægrediẽs Ligus saxa,& si quæ vetustate radi-
ces eminebãt laqueis vinciebat:quibus alleuati milites

prescribit qd ductor ligur egerit cũ dicit igitur.

facilius ascenderẽt.interdũ timidos insolẽtia itineris le
uare manu:vbi paulo asperior ascẽsus erat:singulos p̃
inermes mittere.Deinde ip̃e cũ illorũ armis sequi: quæ
dubia visui videbant̃,ea potissimũ tẽtare:ac sæpi⁹ cadẽ
ascendẽs,descendensq;:deinde statim digrediens: cæte
ris audaciã addere.Igitur diu multũq; fatigati:tandem
ĩ castellum perueniunt:desertum ab ea parte,quod oẽs

De mario q̃ ex nũcijs nouerat quõ ligur ad castellũ puenerat.

sicuti alijs diebus aduersum hostes aderant.Marius vbi
ex nuncijs cognouit quæ Ligus egerat:quanquam to-
to die intentos prælio Numidas habuerat:cum vero co-
hortatus milites:& ip̃e extra vineas egressus: testudine
acta succedere:& simul hostem tormentis:,sagittarijsq;
& funditoribus emin⁹ terrere. At Numidæ sæpe ante
vineis Romanorũ subuersis:itẽ incẽsis:nõ castelli mœ-
nibus sese tutabant̃:sed ꝓ muro dies, noctesq; agitare
maledicere romanis;ac Mario vecordiã obiectare Mili

bus nostris Iugurthę seruitiū minari: secūdis reb⁹ feroces esse. Interim oībus romanis, hostibusq; prælio intētis magna vi vtrinq; ꝓ gloria atq; imperio his: illis ꝓ salute certantibus, repēte a tergo signa canere. At primo mulieres, & pueri q visum processerāt: fugere. Deinde vt quisq; muro ꝓxim⁹ erat: postremo cūcti armati: inermesq;, quod vbi accidit, eo acrius romani īstarie: fundere, ac plerosq; tantūmodo sauciare. Deinde sup occisorū vadere corpora: auidi glorię certātes murū ascēdere neq; quēq; oīm præda morari. Sic forte correcta Marij temeritas gloriā ex culpa inuenit. Cęterꝝ dū ea res agit L. Sylla quęstor: cū magno equitatu in castra venit, q vti ex Latio, & socijs cogeret exercitū Romæ relict⁹ erat. Sed qm̄ nos tanti viri res admonuit, idoneum visum est de natura: cultuq; eius paucis dicere. Neq; eñ alio loco de Syllæ rebus dicturi sumus, & Lucius Sisenna optīe & diligētissime oīm, q eas res dixere, ꝓsecut⁹ historiā, parū mihi libero ore locutus videtur. Igitur Sylla patritiæ gentis nobilis fuit: familia prope iam extincta maiorū ignauia. Literis græcis, ac latinis iuxta, atq; doctissime eruditus: aīo ingenti, cupidus voluptatū: sed gloriæ cupidior, otio luxurioso esse, tū ab negotijs nunq; eū voluptas remorata ē: nisi q̄ de vxore potuit honesti⁹ cōsuli: facūd⁹, callid⁹, & amicitia facilis: ad simulāda negotia altitudo īgenij īcredibilis: multarꝝ rerū ac maxīe pecunię largitor, atq; illi fœlicissīo oīm an̄ ciuilē victoriā nūq; sup industriā fortuna fuit: multiq; dubitauere, for

Prosequit vt castellū illud tā inexpugnabile visum expugnatū fit: cum dicit. interim.

Sallusti⁹ transit ad mētionem lucij syle q̄ postea contra mariū grauissimū belluꝫ gessit: cum dicit cęterꝫ.

De sylla ꝛ eius genere ꝛ moribus.

tior,an felicior esset. Nam postea:quæ fecerit:incertum habeo:pudeat magis an pigeat disserere. Igit̃ Sylla vt supra dictum est:postquam in Africã,atq; in castra Marij cum equitatu venit:rudis antea,& ignar⁹ belli:solertissimus omniũ paucis tempestatibus factus est. Ad hoc milites benigne appellare:multis rogantibus, alijs per se ipse beneficia dare,inuitus accipere:sed ea properantius quam æs mutuum reddere. Ipse ab nullo repetere: magis id laborare:vti illi,quam plurimi deberent loca, atq; *seria cũ humillimis agere:in operibus,in agmine atq; ad vigilias multus esse:neq; interim,qd' praua ambitio solet:Consulis,aut cuiusq; boni famam lædere:tãtummodo neq; consilio,neq; manu alium priorem pati:pleros quo anteuenire. Quibus rebus,& artibus breui Mario:militibusq; charissimus fact⁹ est. At Iugurtha postquam oppidum Capsam aliosq; locos munitos,& sibi vtiles:simul & magnam pecuniam amiserat:ad Bocchum nuntios mittit: quam primum in Numidiam copias adduceret.prælij faciundi tempus adesse. Quem vbi cunctari accepit: dubium belli, atq; pacis rationes trahere:rursus vti antea:proximos eius donis corrũpit Ipsiq; Boccho pollicetur Numidiæ tertiam partem:si aut Romani Africa expulsi:aut integris suis finibus bellum compositum foret. Eo præmio illectus Bocchus cũ magna multitudine Iugurtham accedit. Ita amborum exercitu cõiuncto,Marium iam in Hyberna proficiscẽtem:vix decima parte diei relicta inuadunt:rati noctem

De sylle aduentu in aphricã atq; in marij castra.

* Serius significat cũ assertione et nõ p iocum. Accius:vos nugas asseritis:nos seria loquimur.

Hic ad iugurthã redit cõmemorando quõ a boccho auxilium petit cũ dicit at

Quid iugurtha boccho pollicetur.

Bocch⁹ iugurthã aggreditur.

quæ iam aderat, & victis sibi muniméto fore: & si vicis=
sent, nullo ípediméto: qđ locoꝝ sciétes erãt. Cõtra Ro=
manis vtrũq; casum in tenebris difficilẽ fore. Igit̃ simul
cõsul ex multis de hostiũ aduentu cognouit: & ipsi ho=
stes aderãt, & priusq; exercit⁹, aut instrui, aut sarcinas
colligere: deniq; anteq; signũ, aut ĩperiũ vllũ accipe q=
nit: eqtes Mauri atq; Getuli: nõ aciẽ, neq; vllo more p̃=
lij: sed cateruatim: vti quoq; fors cõglobauerat: in nr̃os
cõcurrunt. Qui oẽs trepidi ĩprouiso metu, attamẽ virtu
tis memores: aut arma capiebãt: aut capiẽtes alios ab ho
stibus defensabãt. Pars equos ascẽdere: ire obuiã hosti=
bus pugna, latrocinio magis: quã prælio similis fieri: si
ne signis, sine ordinib. equites peditesq; pmisti: cædere
alios: alios obtrũcare: multos cõtra aduersos acerrime
pugnãteis a tergo circũuenire: neq; virtus neq; arma sa
tis tegere: qđ hostes nũero plures, & vndiq; circunfusi
erant, Deniq; Romani veteres: nouiq; & ob ea scientes
belli: si quos loc⁹, aut casus cõiũxerat, orbes facere: atq;
ita ab oĩbus partib⁹ simul tecti, & ĩstructi hostiũ vim su
stentabãt. Neq; in eo tã aspero negotio Marius territus
aut magis, q̃ antea demisso aĩo fuit: sed cum turma sua,
quã ex fortissimis magis, q̃ ex familiarissimis pauerat
vagari passim, ac mõ laborãtib⁹ suis succurrere: mõ ho=
stes, vbi cõfertissimi obstiterãt, ĩuadere, manu cõsulere
militib⁹: qm̃ imperare cõturbatis oĩb⁹ nõ poterat. Iãq;
dies cõsumpt⁹ erat: cum tñ barbari nihil remittere, atq;
vti Reges præceperant: noctẽ pro se rati, acrius instare.

Jugurtha ⁊ bocchus mariũ ⁊ romãos nocte inuadunt.

Sallusti⁹ recitat vehementez getuloꝝ ⁊ numidarũ in romanos impetum: cũ dicit. qui.

De romanis.

Sallusti⁹ ꝓsequitur virtutẽ et animositatẽ ducis seu impatoris. s. marij q̇ in tanto discrimie ipterrit⁹ mãsit cũ dicit neq; in eo.

Tum Marius ex copia rerum consilium trahit, atq; vt suis receptui locus esset: colles duos inter se ꝓpinquos occupat. Quoꝝ in vno castris parum amplo: fons aquæ magnus erat. Alter vsui opportunus, quia magna parte edita, & præcipiti pauca munimenta quærebat. Cæterꝝ apud aquã, Syllã cum equitibus noctem agitare iubet. Ipse paulatim dispsos milites: neq; minus hostibus conturbatis in vnum cõtrahit. Deinde cũctos pleno gradu in collẽ subducit. Ita reges loci difficultate coacti, prælio deterrẽtur: neq; tamen suos longius abire sinũt: sed vtroq; colle multitudine circundato: effusi consedere: deinde crebris ignib⁹ factis, plerũq; noctis barbari more suo letari, exultare: strepere pedibus: vocibus, & ipsi duces feroces: quod nõ fugere: ac ꝓ victorib⁹ sese agere. Sed ea cuncta Romanis ex tenebris, & editiorib⁹ locis facilia visu: magnoq; hortamento erant. Plurimum vero Marius hostium imperitia cõfirmatus: quam maximum silentium haberi iubet: ne signa quidem vti per vigilias solebãt canere: deinde vbi lux aduentabat: defessis iã hostib⁹, ac pauloante somno capris de improuiso vectigales item cohortium, turmarum, legionum tubicines simul omnes tuba canere: milites clamorẽ tollere: atq; portis erumpere iubet. Mauri, atq; Getuli ignoto, & horribili sonitu repente exciti: neq; fugere, neq; arma capere, neq; omnino facere, aut prouidere quicquam poterant. Ita cunctos strepitu, clamore, nullo subueniente nostris instãtibus, tumultu, terrore, formidine

Mari⁹ iubet syllã cũ equitibus agitare apũd fontem illum

Sallusti⁹ ꝑsequitur exitũ belli peritiam marianã & imperitia hostili: cuz dicit plurimum.

De mauris & getulis & exercitu ppli bocchi.

quasi vecordia cœperat. Denique omnes fusi, fugatiq; arma, & signa militaria pleraq; capta: pluresq; eo prælio, quam omnibus superioribus interempti. Nam somno, & metu insolito impedita fuga. Dem Marius vti cœperat in Hyberna proficiscitur: propter commeatum in oppidis maritimis agere decreuerat: neque tamen victoria socors, aut insolens factus: sed pariter ac in cõspectu hostium quadrato agmine incedere. Sylla cum equitatu apud dextimos sinistra parte: Aulus Manlius cũ funditoribus & sagittarijs: præterea cohortes Ligurum curabat: & primos, & extremos cum expeditis manipulis locauerat Tribunos. Perfugæ minime chari, & regionũ scientissimi hostium iter explorabant. Simul cõsul quasi nullo imposito omnia prouidere: apud omnes adesse: laudare, increpare mœrentes. Ipse armatus, intentusq; item milites cogebat, neque secus atq; iter facere: castra munire: excubitum in portis: cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere. Prǫterea alios super vallũ ĩ munimẽtis locare: vigilias ipse circuire nõ tã diffidentia futura: quæ imperauisset, quam vti militibus ǫxæquatus cum imperatore labor volentibus esset Et sane Marius illo, alijsq; temporibus Iugurthini belli pudore magis, quã malo exercitũ coercebat, quod multi per ambitionẽ fieri aiebant: quod a pueritia consuetã duritiã, & alia quæ cæteri miserias vocant: voluptati habuisset: nisi tamẽ Reip. pariter ac sæuissimo imperio bñ atq; decore gesta oĩa. Igitur quarto denique die omnia

Salustius cõmẽorat q̃ deinceps fortiter et prudẽter egerit marius: cũ dicit deinde

docet quõ q̃drato agmine incedebat marius: cũ dicit sylla cũ equitatu.

de ipso mario.

160

De cirtha oppido illo.

de sylla populos bocchi p turmas inuadente.

Salusti⁹ psequitre liq̃ ad pugnã inceptã ptinentia premonẽs quãti momẽti sit iterdũ vox vna cũ dicit q vbi.

*Pugna a pugno deducit q veteres ante vsum armorũ pugnis calcib⁹: ac mor su certabant.

haud lõge ab oppido Cirtha vndiq; simul speculatores citi sese ostẽdũt. Quare hostis adesse intelligitur. Sed quia diuersi redeuntes, alius ab alia parte, aeque omnes idem significabãt: consul incertus quonammodo aciem instrueret: nullo ordine cõmutato, aduersum omnia paratus ibidem opperitur. Igitur Iugurthe spes frustrata: qui copias in quatuor partes distribuerat: ratus ex omnib⁹ eque aliquos ab tergo hostib⁹ venturos. Interi Sylla quẽ primum hostes attigerant: cohortatus suos, turmatim, & quam maxime confertis æquis: ipse, alijq; Maturos inuadunt. Cæteri in vno loco manentes, ab iaculis eminus emissis corpora tegere: & si qui in manus venerant, obtruncare. Dum eo modo equites præliantur Bocchus cum peditibus, quos Volux filius eius adduxerat: neq; in priore pugna in itinere morati adfuerãt, postremam Romanorum aciẽ inuadunt. Tum marius apud primos agebat: quod ibi Iugurtha cum plurimis erat. Deinde Numida cognito Bocchi aduentu, clam cũ paucis ad pedites conuertit. Ibi latine: (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamat: nostros frustra pugnare: paulo ante Marium sua manu interfectum: simul gladium sanguine oblitum ostendere: quem in *pugna satis impigre occiso pedite nostro cruentauerat. Quod vbi milites accepere: magis atrocitate rei, quam fide nuncij terrentur: simulq; barbari animos tollere, & in perculsos Romanos acrius intendere. Iamq; paulum a fuga aberãt, cum Sylla, profligatis ijs, quos aduersum ierat

redien

rediēs ab latere Mauris incurrit: Bocch⁹ statim auertit At Iugurtha dum sustētare suos: & prope iam adeptam victoriā retinere cupit: circūuentus, ab equitib⁹ dextra & sinistra oībus occisis: solus inter tela hostium vitabūdus erumpit. Atq̃ interim Marius fugatis equitibus, accurrit auxilio suis: quos pelli iā acceperat. Deniq̃ hostes iā vndiq̃ fusi. Tū spectaculū horribile in campis patētibus sequi, fugere, occidi, capi, æqui. atq̃ viri afflicti ac multi vulneribus acceptis: neq̃ fugere posse: neq̃ qetē pati: niti mō ac statim cōcidere. Postremo omnia qua visus erat cōstrata telis, armis, cadauerib⁹ & interea humus infecta sanguine. Postea loci cōsul haud dubie iam victor: peruenit in oppidum Cirtham: quo initio: profectus intēderat: eo post diē quintum, q̃ iterū Barbari male pugnauerāt: legati a Boccho veniūt: qui regis verbis ab Mario petiuere duos q̃ fidissimos ad eū mitteret velle: de suo, & de populi Ro. commodo cū his disserere. Ille statim Lucium Syllam: & aulum Manlium ire iubet. Qui quanq̃ acciti ibant: tamen placuit verba apd' regē facere: ingeniū aut aduersū vti flecterēt: aut cupidū pacis vehemēti⁹ accēderēt. Itaq̃ Sylla, cui⁹ facūdię, nō etatia Mālio cōcessū ē: pauca verba huiuscemodi locut⁹ ē.

* spectaculum mō id qd̄ spectat significat. verg Nocte pluit tota: redeunt spectacula mane: mō spectationē, ipsam. Cicer. O graue acerbumq̃ spectacl'm

De sylla: Hec orō quā sylla ad bocchū facit est in gn̄e deliberatiuo: q̃ si illa suadet & dissuadet: cū dicit. o rex bocche.

Syllæ Oratio ad Bocchum.



Ex Bocche magna nobis ē letitia: cū te talē virū Dij monuere: vti aliq̄n pacē, q̄ bellum malles: neu te optimū cū pessimo oīm iugurtha miscendo cōmaculares: simul nobis de-

Atq̄ hoc vtinā. s. in ire pacem cū rōanis.

meres acerbā necessitudinē, piter te errātē: & illū scele ratissimū psecq̄: ad hoc. P. R. iā a pricipio iopi: meliꝰ visū est: amicos: q̄ seruos q̄rere: tutiusq̄ rati volētibꝰ. q̄ coactis īperitare. Tibi vero nulla opportunior amicitia nr̄a:

Hic tāgit bocchi illius regis rñsionem dicit ad ea

primū q̄ pcul absumꝰ: ī quo offensæ minimū est: & grā par; ac si prope adessemꝰ Deīn q̄ parētes abūde habemꝰ Amicorū nobis, neq̄ cuiq̄ hoīs satis fuit: atq̄ hoc vtinā a pricipio tibi placuisset: pfecto ex Po. R. ad hoc tēpus multo plura bona accepisses, q̄ mala ppessus es. Sed qm̄ hūanarū rerū Fortuna pleraq̄ regit: cui. s. cōplacuit: vi

*Delicta dicunt q̄ aut ppoīto aut impetu: aut casu fiunt

et grām nostrā te experiri: nunc qm̄ per illā licet: festina atq̄ vti cœpisti, pge. Multa opportuna habes: quo faciliꝰ errata officijs supes: postremo hoc in pectꝰ tuū demitte nūq̄. P. R. bñficijs victū ēe. Nā bello qd valeat tute scis.

Sallustiꝰ mira breuitate perstrigitꝰ rez q dat itelligere q̄ silla id a mario; ipetrauit: & boccho pmiserit cū dicit dein.

AD ea Bocchꝰ placide, & benigne simul pauca p * delicto suo verba facit: se nō hostili animo sed ob regnū tutandū arma cœpisse. Nā numidiæ ptē: vnde Iugurthā expulerit. iure belli suā factā: eā vastari a Mario pati neq̄sse: pterea missis antea, Romā legatis, repusū ab amicitia. Cæterū vetera omittere: actū si p Mariū liceret: Legatos ad senatū missurū Dein copia facta mitēdi: aīus Barbari ab amicis flexus quos Iugurtha, cognita legatiōe Syllæ et Mālij: metuēs id qd parabatur donis corruperat. Marius interea exercitu in hybernis composito, cum expeditis cohortibus, et parte eq̄tatus pficiscitur in loca sola obsessum turrī regiā quo Iugurtha pfugas oēs: psidiū iposuerat. Tū rursꝰ Bocchꝰ. s. se reputādo quæ sibi duobꝰ prelijs euenerāt: seu monitꝰ ab

alijs amicis, quos incorruptos Iugurtha reliquerat: ex omni copia necessariorum quinque delegit: quorum & fides cognita & ingenia validissima erāt. Eos ad Mariū: ac de inde si placeat: Romā legatos ire iubet agēdarū rerum, & quocūque mō belli cōponēdi licētiā ipsis pmittit. Illi mature ad hyberna romanorum pficiscunt. Deīde a Getulis latronib⁹ in itinere circūuēti, ac spoliati pauidi: sine de core ad syllā pfugiūt: quē cōsul ī expeditionē pficiscēs p ptore reliquerat. Eos ille nō p vanis hostib⁹, vt meriti erāt: sed accurare, & liberaliter habuit. Quare barbari & famā romāorum auaritiæ falsā, & Syllā ob munificētiā ī se amicū rati sunt. Nā ēt tū largitio multis ignota erat: nēo munific⁹ putabat: nisi piter volēs dōa oia ī benigni tate habebāt. Igit qstori mādata Bocchi patefaciūt: sil' ab eo petūt: vt fautor, cōsultorque sibi adsit: copias, fidē, magnitudinē regis sui, & alia, q aut vtilia, aut beniuolē tię eē credebāt: orōne extollūt. Deīde Sylla oia pollici to, doctique quō apd' Mariū, itē apd' senatū verba facerēt circiter dies. xl. ibidē opperiūt. Mari⁹ vbi cōfecto nego tio quo ītēderat, Cirthā redijt: de aduētu legatorum certi or fact⁹: illos & Syllā ad se Vticā venire iubet. Itē Luciū Belliginū ptorē: pterea oēis vndique Senatorij ordinis: quibus cū mādata Bocchi cognoscit: qb⁹ mādatis Lega tis ptās Romā eūdi: ab cōsule iterea īdutiæ postulabāt. Ea Syllæ, & plerisque placuere: pauci vero feroci⁹ decer nūt. s. ignari rerū humanarū: quæ Fluxæ, & mobiles sæ pi⁹ in aduersa mutant. Cæterū Mauri impetratis omni bus, tres Romam pfecti sunt cum. C. Octauio Rufone,

Sallusti⁹ cōmemorat strēuitatē & acrimoniā ipsius marij qui semp aliqd mouebat ad vincendū hostē: cuz dicit: marius.

Cōmissiones Bocchi sille patefaciunt. De silla.

De mario q cirtham redijt.

De mauris q ptātē eūdi romā impetrarāt.

qui quæstor stipēdium in Africam portauerat. Duo ad Regem redeunt. Ex his Bocchus cū cætera, tū maxime benignitatem, & studium Syllæ accepit. Romæ quoq; Legatis eius postquam errasse Regem, & Iugurthæ scelere lapsum deprecati sunt amicitiā, & fœdus petentib⁹ hoc modo respondetur. Senatus & Populus Ro. beneficij & iniuriæ memor esse solet. Cæterum Boccho, q̄m pœnitet, delicti gratiā facit, fœdus & amicitia dabūtur, cū ꝓmeruerit, quibus rebus cognitis: Bocchus per literas a Mario petiuit, vt Syllam ad se mitteret, cuius arbitratu de cōibus negocijs cōsuleret. Is missus cum præsidio equitum, atq; peditū, funditorū, & Balistariorū: ꝓterea sagittarij, & cohors Peligna cū velitaribus armis itineris ꝓperādi caussa: neq; his secus atq; alijs armis aduersus tela hostiū, qđ ea leuia sūt muniti erāt. Sed in itinere quinto deniq; die Volux filius Bocchi repente in campis patentibus cū mille nō amplius equitibus sese ostendit: qui temere, & effuse euntes: Syllæ alijsq; oib⁹ & numerū ampliorē vero: & hostilē metū efficiebāt. Igitur se quisq; expedire: arma, atq; tela tentare, intēdere, timor aliquātus: sed spes amplior: quippe victoribus aduersum eos, quos sæpe vicerant pugnaturis. Interim eqtes exploratum præmissi, rem (vti erat) quietā nūtiāt Volux aduenieus quæstorē appellat, dicitq; se a patre Boccho obuiā illi simul, & præsidio missum. Deinde p cū, & ꝓximū diem sine metu cōiuncti eunt. Post vbi castra locata, & diei vesper erat repēte Maur⁹ incerto vu

Responsio senat⁹ data maurꝫ.

Bocch⁹ syllā a mario petijt ad se mitti post q̄ cognouit eaq̄ in senatu romano d̄ se decreta erant.

Volux syllę obuius

Salusti⁹ commemorat vt volux filius bocchi cognito in=

tu pauens, ad Syllā accurrit: dicitq; sibi a *speculatori-
bus cognitū, Iugurtham haud ꝑcul abesse: simul vti no
ctu clā secum ꝓfugeret: rogat atq; hortatᷣ. Ille animo fe-
roci negat se toties fusum Numidā pertimescere: virtu-
ti suoꝝ satis credere: etiā si certa pestis adesset, māsurū
poti⁹, quā perditis quos ducebat: turpi fuga incertæ, ac
forsitā post paulo iteriturę morbo vitæ parceret. Cæte
rum ab eodem monitus: vti noctu proficiscereᷣ: cōsiliū
approbat: ac statim milites cœnatos eē in castris: ignesq;
creberrimos fieri. Deinde prima vigilia silentio egre
di iubet. Iamq; nocturno itinere fessis omnib⁹, Sylla pari
ter cum ortu solis castra metabatur: cum equites Mauri
nūtiant Iugurthā circiter duū miliū iteruallo, ante eos
cōsedisse. Quod postquam auditū est: tum vero ingens
met⁹ nostros inuadit: credere se proditos a Voluce, &
insidijs circūuētos. Ac fuere qui dicerēt manu vindican
dū: neq; apud illum tantū scelus inultū relinquendum.
At Sylla quāquā eadē existimabat, tamē ab iniuria Mau
rū prohibet: suos hortatur, vti fortē animū gererēt. Sæ-
pe antea paucis strenuis aduersus multitudinē bene pu
gnatum. Quanto sibi in prælio minus pepercissent, tan
to tutiores fore. Nec decere quem manus armauerit, ab
inermib⁹ pedib⁹ auxiliū petere: in maximo metu nudū
& cæcū corp⁹ ad hostes vertere: deinde volucem: quo
niā hostilia faceret, Ionē maximū obtestat⁹, vt sceleris,
atq; ꝑfidie Bocchi testis adesset: castris abire iubet. Ille
lachrymās orare, ne ea crederet nihil dolo factū, ac ma-

teruentu iugurthe trepidare ceperit et totam manum romanoꝝ cū sylla missorū timore & ira impleuerit ex ei⁹ rei nūcio: cum dicit post vbi.

*Speculatores a speculor dicti sunt qui vel e speculis aspiciunt: vel in bello añ exercitum explorandi grā mittūtur.

De sylla suos hortāte: existimabat esse proditos esse romanos a voluce.

gis calliditate Iugurthæ:cui videlicet speculāti iter suū cognitum esset. Cæterum quoniā ingentē multitudinē nō haberet:& spes opesq; ei⁹ oīs ex patre suo pēderēt: crederet illum nihil ausurum palam cū ipse filius testis adesset. Quare optimū factu videri sibi per media eius castra palā trāsire:sese vel pmissis vel ibidē relictis Mauris cū Sylla solū iturū. Ea res vti in tali negotio solet ꝓbata:ac statim ꝓfecti:quia de improuiso accesserant:dubio, atq; hæsitante Iugurtha incolumes trāseunt. Dein de paucis dieb⁹ quo ire intēderāt,peruentū est. Ibi cum Boccho Numida quidā nomine Aspar multum,& familiariter agebat:promissus ab Iugartha, postquam Syllā accitum audierat:oratū & subdole speculatum Bocchi consilia ierat. Pręterea Dabar Massagradæ filius ex gente Masinissæ,cæterum materno genere impar. Nam mater eius ex concubina orta erat, ob ingenij multa bona Mauro car⁹,acceptusq;:quē Bocch⁹ fidū Romanis multis antea tēpestatibus expertus,illico ad Syllam nuntium mittit:paratū sese facere,quę vellet:colloquio diē, locum,tempus ipse diligeret. Consulta sese omnia cum illo integra habere:neu Iugurthæ legatum pertimesceret:accitum esse:quo res communis licentius gereretur Nam ab insidijs ei⁹ aliter caueri nequiuisse. Sed ego cōperior Bocchum magis punica fide:quam ob quæ prædicabat simul Romāos, & Numidā spe pacis detinuisse Multumq; cum animo suo voluere solitum: Iugurtham Romanis:an illis Syllā traderet:libidinē aduersum nos

Quid syl lade iugurtha dicebat.
Ad bocchū syllæ volux per ueniunt.
*Contra multoꝝ sētentiaꝫ cōperiorle gēdū ē: tū ex ātiquo codice:tuꝫ ex Prisciano locum hūc allegāte:passiua enim vox est insigni ficatione actiua iuxta illud et pictis bellant amazones armis. Et illud hoc pinguez ⁊ placitam paci nutritor oliuā. Sallusti⁹ ꝓsequitur reliqua ad exitum hystoriæ cōtinentia: cū dicit. ibi cum boccho.

metum pro nobis suasisse. Igitur Sylla respondit pauca se coram Aspare locuturum. Cætera occulte, aut nullo, aut quam paucissimis presentibus: simul edocet, quę respōderentur. Postquam sicuti voluerant, congressi: dicit se missum a consule venisse quęsitum ab eo pacem, an bellum agitaturus foret. Tunc Rex vti præceptum fuerat: post diem decimū redire iubet: ac nihil etiam nunc decreuisse: sed illo die responsurū. Deinde ambo in sua castra digressi. Sed vbi (plerumque noctis processit) Sylla a Boccho occulte accersitur: ab vtroque tantummodo fidi *interpretes adhibentur Præterea Dabar internūtius sanctus vir iurat ex sententia amborum, ac statim sic Rex incipit.

* Interpres ꝓpe dr̄ q̄ i aliq̄re agēda: medi⁹ ē et veluti conciliator et autor: qd̄ quasi ꝑres hoc ē fideiussor sit inter diuersos. Verg. Tuque haꝝ interpres curaꝝ & cōscia iuno.

IVGVRTHINVM. ORATIO BOCCHI.





Vnquã ego ratus ſum fore:vti Rex maxim⁹ in hac terra, & omniũ, quos noui opulentiſſimus priuato homini gratiam deberem & me Hercule Sylla ante te cognitum multis orantibus aliјs vltro egomet opem tuli: nullius indigni iditatum eſſe quod cæteri, dolere ſolent, ego lætor fuerit mihi precium aliquando eguiſſe tuæ amicitiæ, qua apud aĩm meũ nihil carius habeo. Id adeo expiri licet: arma, viros, pecuniã, poſtremo quicqd animo libet: ſume, vtere: & quoad viues, nũq̃ tibi redditã grãm putaueris: ſemper apud me integra erit: deniq̃ nihil fruſtra voles: me ſciẽte. Nam vt ego exiſtimo. Regem armis, q̃ munificentia vinci minus flagitioſum. Cæterũ de Rep. veſtra, cui⁹ huc curator miſſus es: paucis accipe: bellum pp̃l'o. R. nũquã paraui: neq̃ factũ volui. Fines meos aduerſum armatos: armis tutatus ſum. Id omitto qñ vobis ita placet. Gerite vti vultis cũ Iugurtha bellũ Ego flumẽ *Mulucha, qđ inter me, & Micipſam fuit nõ egrediar: neq̃ ĩtrare Iugurthã ſinã. Preterea ſi qd me, vobiſq̃ dignũ petieris: haud repulſus abibis. Ad ea Sylla pſe breuiter & modice: de pace, & de cõib⁹ reb⁹ multis diſſeruit. Deniq̃ Regi patefecit: qđ polliceaẽ Senatũ, & populũ Ro. qm̃ amplius armis valuiſſent: nõ in gratia habituros: faciendũ aliqd, quo illorum magis, q̃ ſua retuliſſe videretur: id adeo in promptu eſſe: qm̃ Iugurthæ copiã haberet: quẽ ſi romanis tradidiſſet: fore, vt illi plurimũ deberetur. amicitiã, fœdus, Numidiæ partẽ, quam nunc

*Jacob⁹ a cruce bononienſis. Illud etiã pene i calce Jugurthe ſic ab oib⁹ legit. fere. Ego flumẽ muluchã qđ inter me et micipſam fuit: nõ egrediar. Tu aũt pi culo meo mulucha nanq̃ gñe neutro pnũciat: vt eñ ait caper. Duo barbara neutri gñis lecta ſunt apud Salluſtiũ mulucha et Duria.

Bocch⁹ pſeqtur orationẽ ſuaȝ quã p iter p̃etem ad ſyllam habuit: cũ dic t deniq̃.

peteret: tūc vltro aduenturā. Rex primo negare, affinitatē, cognationē, præterea fœdus interuenisse: ad hoc metuere: ne fluxa fide vsus, popularia animos auerteret quis & Iugurtha charus, & Romani inuisi erant. Deniq; sæpius fatigatus, leniter, & ex volūtate Sylle omnia se facturū promittit. Cæterum ad simulandū pacem cuius Numida defessus bello auidissimus erat: quæ vtilia visa constituunt. Ita composito dolo digrediuntur. At rex postero die Asparem Iugurthæ legatū appellat: dicitq; sibi per Dabarem ex Sylla cognitum: posse conditionibus bellum componi. Quamobrē regi sui sentētiā exquireret: ille lætus in castra Iugurthæ venit. Deinde ab illo cūcta edoctus: properato itinere, post diem octauū redit ad Bocchum: & ei nūciat Iugurthā cupere omnia, quæ imperarentur, facere. Sed Mario parum confidere. Sæpe antea cū imperatoribus Romanis pacē conuentam frustra fuisse. Cæterum Bocchus, si ambob⁹ cōsultum, & ratam pacem vellet: daret operam: vt vna ab omnibus, quasi de pace in colloquiū veniretur. Ibiq; sibi Syllā traderet: cum talem virū in potestate habuisset tum fore vti iussu Senatus, aut populi Ro. fœdus fieret neq; hominē nobilē nō sua ignauia, sed ob remp. in hostiū potestate relictum iri. Hæc Maurus secū ipe diu voluens: tandē promisit. Cæterum dolo, an vero in re cunctatus, parū cōperimus: sed plerumq; Regiæ voluntates vt vehemētes, sic nobiles: sæpe ipę sibi aduersę. Postea tpe, & loco cōstituto in colloquiū vti de pace conue

Postq̄ Sylla ōndit sa cillimā viā ad amicitiā inueniē dā boccho cum romanis eē per traditiōe3 iugurthe bocch⁹ inq̄t negare

Ubiq3 inducit bocchū minuādū pp̄lo ro. s3 met poti⁹ q̄ fauore i vota sylle cōcessisse ꝛ iugurthā illi tradidisse cū dicit hec.

170

niretur: Bocchus Syllam mō: modo Iugurthæ legatum appellare benigne habere. Idē ambobus polliceri: illi læti pariter, ac bone spei esse pleni. Sed nocte ea, q̄ proxima fuit ante diē: colloqo decretū: Maurus adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate: remotis cæteris dicit secū ipe multa agitauisse vultu, colore, ac motu corporis pariter, atq; animo varius: quæ scilicet tacēte ipo occulta oris immutatiōe patefecisse: tamē postremo Syllā accerciri iubet. & ex eius sententia Numidiæ insidias tēdit. Deinde vbi dies aduenit: & ei nūciatū est, Iugurthā haud pcul abesse cū paucis amicis, & questore nostro quasi obuius honoris causa procedit in tumulum facillimū visu insidiantibus: eodem Numida cum plerisq; necessarijs suis inermis vti dictum erat accedit. Ac statim signo dato, vndiq; simul ex insidijs īuaditur. Cæteri obtruncati. Iugurtha Syllæ vinctus tradit: & ab eo ad Mariū deductus est. Per idē tēpus aduersum Gallos ab ducibus nostris. Q. Cepione, & M. Mālio male pugnatū. Quo metu Italia omnis cōtremuerat: illiq;, & inde vsq; ad nostram memoriā Romani, sic habuere, alia omnia virtuti sue prona esse: cum Gallis pro salute, nō pro gloria certare. Sed postquam bellum Numidia confectum Iugurtham Romā vinctum adduci nunciatum est. Marius consul absens factus est: & ei decreta prouincia gallia. Isq; calendis ianuarijs magna gloria consul triumphauit: ea tempestate spes, atq; opes ciuitatis in illo sitæ.

FINIS.

De morte iugurthe inueni sequēs epigrāma: in quo obijsse & i carcere: sz putē necatū fuisse: vt de lētulo & socijs cōiura tionis visū ē: nā id q̄z Florus attestatur.

Nosse cu pis vulgo non cogni ta fata iugurthe. Ut plutarchus ait: carcere clausus obit. Tā sylla q̄s asparerāt pari formi ter leti.

de boccho

bocch' obuiatiugurthe.

CRISPI SALLVSTII.IN.M.T.CI-CEROKEM. ORATIO.



Oratio 1



Grauiter: & iniquo animo maledicta tua paterer. M. Tulli: si te scirem iudicio magis, quam morbo animi ista tua petulantia uti: sed cum in te neq; modum, neq; modestiam vllam aĩaduertero: respondebo tibi: vt si quam maledicendo voluptatem cœpisti, eam male audiendo amittas. Vbi quærat: quos implorē. P.C. diripi rempu. atq; audacissimo cuiq; esse perfidiæ locum: an apud Po.Ro. qui ita carruptus est largitionibus: vt sese, ac fortunas suas venales habeat? An apud vos. P.C. quorum autoritas turpissimo cuiq;, & sceleratissimo ludibrio est? Vbi Marcus Tullius leges, iudicia Populi

Hec inuectiua Sallustij in ciceronez relatiua: dicit: dicit em̄ se lesuz a maledictis: & conuitijs cotu meliosis ipsius.

De marco tullio.

Ro. defendit, atq; in ordine ita moderat᷑: quasi vnus re-
liquus ex familia viri clarissimi. Scipiōis Africāi: ac non
reptitius: accit⁹: ac pp'lo ante insitus huic vrbi ciuis. An
vero. M. Tullij facta ac dicta tua obscura sūt? an nō ita a
pueritia vixisti: vt nihil flagitiosū corpori tuo putares
qd' alteri collibuisset? an scilicet istā īmoderatā eloquē-
tiā apud. M. Pisonē nō pudicitiæ iactura pdidicisti? Ita
q; minime mirandū est: si eā flagitiose vēditas: quā tur-
pissime parasti. Verū, vt opinor splēdor domesticus ti-
bi aīos attollit: vxor sacrilega, ac periurijs delibuta, fi-
lia matris pellex tibi iucūdior, atq; obsequētior quā pa-
rēti par est, domū ipsā tuā vi, & rapinis funestā: tibi ac
tuis cōparasti: videlicet vt nos cōmonefacias quā cōuer-
sa Resp. sit: cū in ea domo habitares homo flagitiosissi-
me: quæ. P. Crassi viri cōsularis fuit: atq; hæc cū ita sint
tū Cicero se dicit in cōcilio Deo᷑ immortalium fuisse
inde missum huic vrbi: ciuibusq; custodē absq; * carni-
ficis nomine: qui ciuitatis incommodum in gloriā suam
ponit: quasi vero non illius cōiurationis caussa fuerit cō-
sulatus tuus: & idcirco Resp. disiecte eo tēpore: quo te
custodem habebat: seu vt opinor: illa te magis extollūt
quæ post cōsulatū cū Terētia vxore de Rep. cōsuluisti
cum legis Plāciæ iudicia domi faciebatis. ex cōiuratis
alios pecunia cōdēnabas. Cū tibi alius Tusculanā, alius
Pompeianam villam ędificabat: alius domum emebat
q vero nihil poterat: is erat calūniæ proximus: is aut do-
mū tuā oppugnatū venerat: aut isidias Senatui fecerat

Dicit tulij facta esse manifestissima. De vxore dicta pellex matris hñs rē cū patre. s. Cicero et ita pellit matrē acubili suo. De crasso homine ditissimo de quo loquitur psi⁹ crassi mittitur iedes. * Carnifex is dicit᷑ q̄ hoiē iussu magistrat⁹ occidit: qd ex hoie carnē faciat: carnificis ēt loco isapō veteres habebat᷑: q̄ se vlnerasset vt moreret᷑. Loquit᷑ de eo: ꝛ vxore cū dicit. faciebatis.

deniq; de eo tibi cōpertū erat. Quæ si tibi falsa obijcio: redde rationem: quantum patrimonij acceperis: quid tibi litibus accreuerit: qua ex pecunia domū parauceris: Tusculanū, & Pompeianum infinito sumptu ædificaueris. Aut si reticees cui dubiū potest esse, quin opulentiam istā ex sanguine, & visceribus ciuium parauceris. Verū, vt opinor: homo nouus arpinas, ex. M. Crassi familia eius virtutem imitatur. Contēnit simultatē hominū nobiliū, Populi R. curam habet: neq; terrore, neq; gratia commouetur. Illud vero amicitiæ tantū: ac virtutis est animi immo vero homo leuissimus, supplex iīmicis amicis cōtumeliosus: mō harum, modo illarum partium, fidus neminis: leuissimus Senator: Mercenarius patronus: cuius nulla pars corpis à turpitudine vacat: lingua vana, manus rapacissimæ, gula immēsa, pedes fugaces, quæ honeste nominari non possunt, inhonestissima. Atq; is cum eiusmodi sit, tamen audet dicere: O fortunatā natā me consule Romā, te consule fortunatā. Cice. immo vero infœlicē, & miserā: quæ crudelissimā ꝓscriptionē ciuiū perpessa est: cum tu perturbata Rep. metu perculsos omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas cum omnia iudicia, omneis leges in tua libidine erant. Cum tu sublata lege Porcia, erepta libertate omnium nostrum, vitæ neciſq; potestatem ad te vnū reuocaueras: atq; parum est quod impune fecisti: verūetiam cōmemorando exprobras: neq; licet obliuisci seruitutis suæ: egeris oro te Cicero, ꝑfeceris: quodlibet satis est, perpessos esse, etiā ne

De familia crassi eius virtute inuitante.

De mercenario patrono.



Lex potētia denōsumēdo supplicio sanguinis in ciuē ad te solum: hoc dicit ex odio.

aures nostras odio tuo onerabis? etiam ne molestissimis verbis insectabere? Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Quasi vero togatus, & nō armatus, ea, quę gloriaris confeceris: atq; inter te, Syllamq; dictatorem præter nomen imperij quicquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua insolētia cōmemorē? quē Minerua omnes artes edocuit, Iuppiter optimus maxim⁹ in cōcilio deorū admisit, Italia exulem humeris suis reportauit. Oro te Romule arpinas, qui egregia tua virtute oēs Paulos, Fabios, Scipiones superasti: quem tandē locū in hac ciuitate optines? quę tibi partes Reip. placēt? quem amicum, quem inimicū habes? cui in ciuitate fecisti insidias ancillares? quo iure cū de exilio tuo Dyrachio rediisti, cū quē dilexisti psequebaris? quos Tyrānos appellabas, eorū nūc potētiæ faues: qui tibi ante optimates videbantur: eosdē nūc demētes, ac furiosos. Vatinij caussā agis, de Sextio male existimas. Bibulū petulātissimis verbis lædis. Laudas Cæsarē, quem maxime odisti: ei maxime obsequeris: aliud stās, aliud sedēs, de rep. sentis: his maledicis: illos odisti leuissime transfuga: neq; in hac, neq; in illa parte fidem habes.

De sylla.

Irrisio acerba.

Dyrrachiū est epiri vrbs.

*Optimates dīr q̄ pmū i ciuitate locū optinēt: vt q̄ opulentiores sūt & i maiori cēsu: vel q̄ in primis opes ferre pñt oppssis.

Arguit Ciceronē i cōstantie.

M.T.CICERONIS IN CRISPVM SALLVSTIVM. ORATIO. 2

Hec rñsio marci tullij cicerōis ɔ̄ sallustiū ē ad modū acris et amara: cui⁹ pncipium sit ferrp i terrogationem.



GRA demum magna voluptas est Crispe Sallusti: æqualē, ac parem verbis vitā agere: neq; quicquā tam obscenū dicere: cui non ab initio pueritiæ oī genere facinoris ætas tua rñdeat: vt oī

oratio moribus consonet: neq; eñ qui ita viuit vt tu: ali
ter actu loqui pōt: neq; q tam illoto sermone vtitur: vita
honestiore est. Quo me vertā. P.C. Vnde initiū sumā?
maius eñ mihi dicēdi onus imponit: quo notior est vter
q; nrm. Qd' si aut de mea vita, atq; actibus nr̄is huic cō-
nitiatori respōdero: īuidia gloriā cōseqtur: aut si hui⁹ fa
cta, mores, oēm etatē nudauero: in idem vitiū incidam
pcacitatis: qd' huic obijcio. Id vos si forte offendimini:
iustius huic, quā mihi succēsere debetis: qui initiū intro
duxit: ego dabo operā vt & p me minimo cū fastidio re
spōdeā: & in hūc minime mētit⁹ eē videar: scio me. P.C.
in respōdēdo nō habere magnā expectationē quod nul
lū vos sciatis nouū crimē in Salustiū audituros: sed oīa
vetera recognituros: qbus & meæ, & vestræ iā, & ipi⁹
aures callēt, verū eo magis odisse debetis hoīem: q nec ī
cipiēs qdē peccare, minimis reb⁹ posuit rudimentū: sed
ita īgressus ē: vt neq; ab alio vinci possit: neq; ipe se oī-
no reliqua ætate pterire. Itaq; nihil aliud studet: nisi vt
lutulētus sus cū quouis volutari. Lōge vero fallit opini
one nō eñ pcacitate linguæ vitæ sordes eluūtur: sed est
qdā * calūnia quā vnusqsq; nostrū testāte aīo suo fert:
de eo: qd' falsum crimē bonis obiectat Quod si vita isti⁹
memoriā vicerit: aliā. P.C. nō ex orone: sed ex morib⁹
suis spectare debetis. Iam dabo operam quam maxime
potero: vt breue id faciā: altercatio hæc neq; nr̄a vobis
inutilis erit. P.C. plerumq; eñ Respub. priuatis crescit
inimicitijs: vbi nemo ciuis, qualis sit vir: potest latere.

Beniuolos facit & dociles.

* Calumnia ppie ē alicuius ī litib⁹ per fraudē et frustratio nē vexatio

dicit q Salusti⁹ nihil aliud conat facere nisi vt lutulentus sus a luto eñ dr lutulētus hoc eñ dicit: vt comparet cuz sue.

De scipionib⁹ & metellis loq̃t q̃ fuerunt glo̾riosi & clare opinionis.

Primũ igitur, quoniã omniũ maiores Crispus Salusti[us] ad vnũ exemplũ & regulã quærit: velim mihi respond[e]at: nunqd ij, quos protulit: Scipiones & metelli ante fu[e]runt: aut opinionis, aut gloriæ, ꝗ̃ eos res gestæ suæ, & vita innocẽtissime acta cõmendauit? Quod si hoc fuit illis initium nominis, & dignitatis: cur non æque de nobis existimetur? cuius & res gestæ illustres sunt: & vita integerrime acta: quasi vero tu sis ab illis viris Salusti ortus, ꝗ̃ si esses, nõnullos iam tuæ turpitudinis pigeret ~~ego meis maioribus~~ virtute mea præluxi: vt si prius noti nõ fuerint: à me accipiãt initiũ memoriæ suæ. Tu tuis vita, quã turpiter egisti: magnas obfudisti tenebras: v[t] etiã si fuerint egregij ciues: certe venerint in obliuion[em]. Quare noli mihi antiquos viros obiectare * satius e[st] ẽm me meis reb⁹ gestis florere: ꝗ̃ maiorũ opinione ni[ti] & ita viuere, & ego sim posteris meis nobilitatis initi[um] & virtutis exẽplũ: neq; me cũ ijs cõferri decet. P.C. q[ui] decesserũt: oĩq; odio carẽt, & inuidia: sed cũ ijs, q me cu[m] vna in rep. versati sunt: sed si fuerim aut in honorib⁹ petẽdis nimis ambitiosus non hãc dico popularem ambitionẽ, cuius me principem cõfiteor: sed illã perniciosam cõtra leges, cuius ~~primos ordines Salustius duxit~~: aut i[n] gerendis magistratibus. aut in iuditãdis maleficijs: tam seuerus, aut intuenda Rep. tam vigilans, quã tu præscriptionem vocas: credo quod non omnes tui similes incolumes in vrbem venissent. At quãto meliore loco res p[ub]. tuẽda staret: si tu par, ac similis scelestorũ ciuiũ vna c[um]

Preclara ẽ s̃nia cũ d̾r satius.

Satius significat melius q̃si vltra id qđ op⁹ ẽ Uer. i buc. Nõne fuit satius tristes amaryllidis iras. Atq; superba pati fastidia.

Scipiões et metelli odio & inuidia carebant.

illis adnumeratus esses. An ego tunc falso scripsi. Cedant arma togę, qui togatus armatos, & pace bellum oppressi? an illud mentitus sum. Fortunatam natam me consule Romam. Qui tantum intestinũ bellum, & domesticũ vrbis incẽdiũ extinxi? neque te tui piget hõ leuissime? cũ ea culpas, q̃ in historijs mihi glorie ducis. An turpius est P.C. scribẽtem mentiri: quam illũ palam hoc ordine dicentẽ: nam quod in meã etatẽ increpuisti tantũ me abesse puto ab impudicitia quantũ tua pudicitia: sed qd ego de te plura querar? Quid em̃ mẽtiri turpe dicis, qui mihi ausus sis eloquentiã, vt vitiũ obijcere: cuiꝰ semper nocẽs eguisti patrocinio? an illũ existimas posse fieri ciuẽ egregium, qui nõ his artibus, & disciplinis sit eruditus an vlla alia putas esse rudimẽta: & incunabula virtutis: quibus animi ad gloriæ cupiditatẽ aluntur? sed minime mirum est. P.C. si homo qui desidiæ: ac luxurie plenus sit hęc vt noua, atq; inusitata miratur: nã quod ista inusitata rabie petulanter in vxorẽ, & in filiã inuasisti: quæ faciliꝰ mulieres se a viris abstinuerũt: quã tu vir a viris: satis docte, ac perite fecisti: nõ em̃ me sperasti mutuã tibi gratiã relaturũ: vt vicissim tuas * cõpellarẽ: vnꝰ ei satis es materiæ habẽs: neq; quicq; turpiꝰ est domi tuæ, quã tu: Multũ te vero opinio fallit: qui mihi putasti parare inuidiã ex mea te familiari: quæ multo mihi minor ẽ, quã habere dignus sim. Atq; vtinã ne tãta quidẽ esset: quãta est: vt potius amici mei viuerẽt: q̃ ego testamentis eorũ locupletior eẽm: ego fugax Crispe Sallusti furori tribu

Cunabula dicũtur p̃mordia q̃ adhuc i cunis adhibentur.

*Cõpellare ẽ alloqui: Verg vltro flẽs ipse videbar cõpellare viruz

Hoc ẽiter rogat: ne legenduz

ni plebis cæssi?vtilius duxi:quãuis fortunam vnius ex- periti,quã vniuerso populo Romano ciuilis essem dis- sensionis caussa.Qui postea quam ille suum animum in Republi.perbacchatus est:omnia quæ cõmouerat: pa- ce,& ocio resederunt:hoc ordine reuocante,atq; ipsa Republi.manu retrahẽte me reuerti.qui mihi dies si cũ omni reliqua vita conferatur:animo quidem meo supe- ret:cũ vniuersi vos,populusq; Romanus frequẽs adue- tu meo gratulatus est tanti me fugacem mercennarij * patronum hi existimauerunt:neq; hercule mirum est:si ego semper iustas omnium amicitias æstimaui: non enĩ vni priuatim ancillatus sum:neque me addixi:sed quã- tum quisque Reipublice studuit: tantum mihi fuit aut amicus,aut inimicus:ego nihil plus volui valere, quam pacem:multi priuatorum audacia nutrierent:ego nihil timui,nisi leges:multi arma sua timere voluerunt: ego nũquam volui quicquam posse nisi pro vobis: multi ex vobis potentia freti:in vos suis viribus abusi sunt. Itaq; non est mirum:si nullius amicitia vsus sum:qui non per- petuo Reipublicæ amicus fuit: neq; me pœnitet:si aut petenti Vatinio reo.patrociniũ pollicitus sum:aut Sex- tij insolentiã repressi:aut Bibuli patiẽtiam culpaui: aut virtutib? Cæsaris faui:hæ laudes enim egregij ciuis & vnicæ sunt:quæ si tu mihi vt vitia obijcis: temeritas tua reprehendetur:non mea vitia culpabuntur.Plura dice- rem:si apud alios mihi esset dicendum.Pu. C.non apud vos:quos habui omnium actionum mearum monitores

Hoc ẽ iter rogatiue legendũ.

* Patronus prope dr qui agit cãm accusati nõ accusantis Quintili? Cũ accusatori satis sit plerũq; verũ esse id qđ obiecerit pronus neget defendat trãsferat.

Prudẽter ad pietatẽ suã i patriam conuertit qđ vitio datum erat.

Dicit seipsum nihil timuisse nisi leges.

Sed vbi rerum testimonia adsunt: quid opus est verbis? nunc ad te reuertar Sallustij: patremq; tuum preteream: qui si nunquam in vita sua peccauit tamē maiorem iniuriam Reipubli. facere non potuit: quam quod te talem filiū genuit: neq;, tu si qua in pueritia peccasti exequar ne parentē tuum videar accusare, qui eo tempore summam tui potestatem habuit: sed qualem adolescentiam egeris, hac enim demonstrata facile intelligetur: quam petulanti pueritia, quam impudicus & procax adoleueris postea: quā immensæ gulæ: impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit: & ætas tua iam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuisset, extoleuerat, cupiditatibus infinitis efferebaris: vt quæ ipse corpori tuo turpia nō duxisses: in alijs experieris: ita nō est facile reputare. P. C. verū in honestioribus corporis partibus rē quæsierit, an amiserit: domū paternā viuo patre turpissime venalem habuit: vendidit, & cui dubium potest esse: quin mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo p hærede gesserit omnia neq; pudet à me eum quærere, quis in. P. Crassi domo habitet: cum ipse respondere nō queat: quis in ipsius habitet paterna domo. At Hercule lapsus ætatis tyrocinio postea se correxit: nō ita est: sed abijt in sodalitium sacrilegij Nigidiani: bis iudicis ad subsellia attractus: extrema fortuna stetit: & vita discessit, vt non hic innocēs esse, sed iudices peierasse existimarentur. Primum honorē in questura adeptus, secutus est, hūc locū: & hūc ordinē despectū: cuius adit⁹ sibi

Cum dicit patrē que tuū. i. ď eo nihil dicā cum mihi meorū maiorū ignobilitatem obieceris.

De Sallustio loquitur & vitijs eius.

Quō sallustius viuēte prē paternaȝ domum vēdidit: vt turpiter ageret.

De primo magistratu adepto ab ipso.

quoq; sordidissimo homini patuisset. Ita timẽs ne faci-
nora ei⁹ clam vobis essent: cum omnibus matrum fami-
liarum viris opprobrio esset: cõfessus est vobis audiẽti-
bus adulteriũ: neq; erubuit ora vestra. Vixeris vt libet
Sallusti: egeris, q̃ volueris, satis sit vnũ te tuorũ sceler
conscium esse: noli nobis lãguorem, & soporẽ nimium
exprobrare: sumus diligẽtes in tuẽda pudicitia vxori
nostrarum: sed ita experrecti nõ sumus: vt à te cauere pos-
simus: audacia tua vincit studia nostra. Et qđ hunc mo-
uere possit. P.C. factum, ac dictũ turpe, quẽ non pudu
palam vobis audientibus adulteriũ confiteri? quod si ni-
hil pro me tibi respondere voluissem: sed illud censori
eloquiũ Apij Claudij, & L. Pisonis integerrimorum vir-
rum quo vsus est quisq; eorum pro lege palam vni cuique
recitarẽ: nõne tibi viderer æternas ĩurere maculas qu
reliqua vita tua eluere nõ possit: neq; post illũ delectu
Senatus te vnquã vidimus, nisi forte in ea re castra co-
cisti: quo oĩs sentina Reip. cõfluxerat. Ad idẽ Sallust
q̃ in pace ne Senator quidẽ mãserat: postea quã Resp
armis oppressa est: & idem victor, qui exules reduxit
Senatum post quæsturam reductus est, quem honore
ita gessit: vt nihil venale non in eo habuerit: cuius ali
emptor fuerit. Itaq; egit: vt nihil non æquũ, ac verũ
xerit: qđ ipsi facere collibuisset: neque aliter vexauit
debuit: si q̃s prædæ loco accepisset magistratũ. Pera
quçstura, postea quã magna pignora eis dederat: cũ q
bus similitudine vitæ se cõiunxerat, vnus iã ex illo g

De apio claudio pisone illorum virorum

De sallustio loquitur.

ge videbatur.Eius em̄ partis ex~~emplar erat~~ Sallustius:
quod tantum in vnā voraginē cœtus omnium vitiorum
excesserat:quicquid impudicorū, Cyllonū, parricidarꝶ
sacrilegorū deditorum fuit in vrbe:municipijs colonijs
Italia tota(sicut ī fretis)subsederāt:nominis prędıti: ac
notissimi:nulla in parte castris apti:nisi licentia vitiorū,
& cupiditate rerū nouarū.At postea quā prætor factus
est:modeste se gessit, & abstinenter.Nonne ita ꝓuinciā
vastauit:vt nihil neq; passi sint,neq; expectarint graui⁹
socij nostri in bello, quā experti sūt in pace,hoc Africā
in terrore obtinente?Vnde tantū hic exhausit: quātum
potuit:aut fide noīm trajci:aut in naues cōtrudi: tantū
inquā.P.C.exhausit:quantū voluit:ne caussam diceret
sestertium duodecies cū Cæsare paciscit̄:qd' si quippiā
eorum falsum est,hic palam refelle:vnde quo modo ne
paternam domum redimere potueris:repēte tanq; som
nio beat⁹.Hortos ꝑciosissimos villā Tiburti.C.Cæsaris
reliquasq; possessiones parauerıs,neq; piguit quærere:
cur ego.P.Crassi domū emissem:cū tu veteris villę dñs
sis:cui⁹ pauloante fuerat Cæsar modo inquā pr̄imonio
nō comeso,sed deuorato~~:qb⁹ rōnib⁹ repēte fact⁹ es,tā~~
~~affluēs,&~~ tā ~~btūs:nā quis te faceret heredē~~:quē ne amı
cū quidē suū satis honestū quisquā sibi ducit, nisi similis
ac par sui.At Hercule egregia facta maiorꝶ tuorū te ex-
tollūt:quorꝶ siue tu similis es:siue illi tui,nihil ad oīum
scelus,ac neqtiā addi pōt. ~~Verū vt opinor honores tui~~
~~te faciūt insolētē.~~Tu Cris.Sallustij tātūdē putas esse bis

Cylones dicūt ij q̄rūꝫ capita ob longa ⁊ compressa sūt et sepe agitata: vtisimijs.

*Insolēs ꝓ insueto interdum accipitur. Terenti⁹. Quid tu Athenasi solēs. Aliqū ꝑ arrogāti ponit̄ insolens: hoc ē ꝓ eo qui nō solita agit:ꝫ excedit legē hūanā ⁊ naturalē Cice. Nec erat verēduꝫ ne ꝟa ꝑdicās de senimus isolens videat̄: aut audax. quid sallusti⁹ sibi cō parauit. A tiburto tiburtum dicitur.

Senatorē: & bis queſtorē fieri, quod bis cōſularem: & bis triūphalē. Carere debet omni vitio: qui in alterum dicere parat⁹ ē. Is demū maledicit, qui non poteſt verū ab altero audire. Sed tu omniū menſarū aſſecla, omniū cubiculorū in ætate pellex: & idē poſtea adulter, omis ordinis turpitudo es: & ciuilis belli memoria. Quid em̄ grauius pati potuimus: quam quod te incolumē in hoc ordine videamus: deſine bonos petulantiſſima cōſecta ri lingua deſine morbo procacitatis iſto vti, deſine vnū quēq; moribus tuis exiſtimare, his moribus amicum tibi facere non potes: videris velle inimicum habere? Finem dicendi faciam. P.C. Sæpe enim vidi graui⁹ offendere aīos auditorū eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt: quā eos qui cōmiſerunt: mihi quidem ratio habenda eſt: non quæ Salluſtius merito debeat audire: ſed vt ea dicam: ſi qua ego honeſte effari poſſum.

De vitijs ſalluſtij.

Finem dicēdi facit.

M.T.CICERO. CONTRA CATILINAM. ORATIO PRIMA.



Vouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? Quamdiu nos etiam furor iſte tuus eludet? Quem ad finem ſeſe effrenata iactabit audacia? Nihil nec te nocturnū præſidiū Palatij: nihil vrbis vigiliæ: nihil timor populi, nihil concurſus bonorum omniū: nihil hic munitiſſimus habēdi Senatus locus: nihil horū ora, vultuſq; mouerūt? patere tua conſilia non ſentis? conſtrictam iam omnium horū cōſciētia teneri cōiurationē tuā nō vides? quid pro-

Marcus Tulli⁹ Cicero i hac pria inceti ua quā facit ɔtra luciū ſergiū catilinā vehementi vtitur pricipio p interroga tionē vrgēte alloquēdo ipſ catilinā in ſenatu.

xima, quid superiore nocte egeris: vbi fueris: quos con uocaueris: quid consilij ceperis: quē nostrū ignorare arbitraris? O tempora. O mores. Senat⁹ hoc intelligit. Cōsul videt: hic tñ viuit. Viuit? imo vero etiā in Senatū venit: fit publici consilij particeps: notat, & designat oculis ad cædē vnūquenqꝫ nostrū. Nos autē viri fortes satis facere Reipu. videmur: si istius furorē, ac tela vitem⁹ Ad mortē te Catilina duci iussu. Cōsulis iāpridē oportebat In te cōferri pestē istam, quā tu in nos omnes iampridē machinaris. An vero vir amplissim⁹. P. Scipio Pontifex maxim⁹ Tyberiū Gracchū mediocriter labefactātē statū Reip. priuat⁹ īterfecit? Catilinā vero orbē terrarꝫ cæde atqꝫ incēdijs vastare cupiētē nos cōsules perferem⁹? nam illa nimis antiqua ꝑtereo: quod. Q. Seruilius. Hala. Sp. Meliū nnouis reb⁹ studētē manu sua occidit. Fuit ista quōdā in hac Rep. virt⁹ vt viri fortes acriorib⁹ supplicijs ciuē ꝑnitiosum: qꝫ acerbissimū hostē coercerent. Habem⁹ ei Senatuscōsultū in te Catilina vehemēs, et graue: nō deest Reip. cōsiliū: neqꝫ autoritas hui⁹ ordis nos dico aperte. Cōsules desum⁹. Decreuit quondā Senat⁹: vt. L. Opimi⁹ Cō. videret: ne qd. Resp. detrimēti caperet nox nulla ītercessit, mox interfect⁹ est ꝑpter quasdā seditionū suspitiones. C. Gracch⁹ clarissimo patre natus, auitis maioribus, occisus est cū liberis. M. Fului⁹ cōsulatis simili Senatuscōsulto. C. Mario. & L. Valerio Con. permissa est Resp. Nū vnū diē postea. L. Saturnium. Tr. Ple. et. C. Seruilio mors, ac Resp. pœna remorata est. At

Tragica exclamatio.



Cicero reprobat lenitates senatus cui nō satis ē euitare violētiā malefactorꝫ, sꝫ iniuriā ꝓhibere decet ꝑ eorū necē cā dicit nos at.

De catilina.

De graccho fratre tyberij q ob suspitiones est iterfectus:

nos vigesimũ iam diem patimur hebescere aciem horũ autoritatis: habemus enim huiusmodi Senatusconsultũ verũtamẽ inclusum in tabulis tanquã in vagina recõditũ: quo ex Senatuscõsulto cõfestim interfectũ te esse Catilina cõuenit. Viuis, & viuis nõ ad deponẽdã, sed ad cõfirmãdã audaciã. Cupio, P.C. me esse clementem. Cupio in tantis Reip. periculis me nõ dissolutũ videri: sed iam meipsum inertiæ, nequitięq; condemno. Castra sunt in Italia contra rẽp. in Hetrutiæ faucibus collocata. Crescit in dies singulos hostium numerus: eorũ autem imperatorẽ castrorũ, ducẽq; hostiũ intra mœnia, atq; adeo in senatu videm⁹ ĩtestinã aliquẽ quotidie perniciẽ reip. moliẽtẽ. Si te iam Catilina cõprehẽdi: si iterfici iussero credo erit verẽdum mihi, ne hoc potius oẽs boni serius à me: quam quisquam crudelius factum esse dicat. Verum ego hoc, quod iampridẽ factum esse oportuit: certa de caussa nõdum adducor vt faciam. Tunc deniq; interficiam te, cum iã nemo improbis: tam perditus, tam tui similis inueniri poterit, qui id non iure factũ esse fateatur. Quandiu q̃squã erit: qui te defendere audeat viues & viues ita, & nunc viuis: multis meis & firmis præsidijs oppressus: ne cõmouere te contra Rẽp. possis. Multorũ te etiã oculi, & aures non sentientẽ: sicut adhuc fecerũt speculabunt̃, atq; custodiẽt. Etenim quid est Catilina, quod iã amplius expectes? Si neq; nox tenebris obscurare cœtus nefarios: nec priuata domus parietib⁹ cõtinere vocẽ cõiurationis tuę põt, si illustrant̃: si erũpunt

Quõ catilina cõuenit.

Perditus oĩ q̃ vitijs iterũt Terẽ. dijvrã fidẽ: hoĩes pditũ miserũq;. Cice. Seuus crudelitate pditũlu xuriavitij oib⁹ contaminatum.

Causa mouẽs erat: ne inuidie alicui⁹ sub iaceret aut q̃ hõ nou⁹ erat: ne ab inuidis in ius postmodũ vocet̃ lei ciuẽ priusq̃ ei⁹ pctm̃ oĩbus innotuisset vltimo supplicio affeciset.

omnia:muta iam istã mentẽ:mihi crede:obliuiscere cæ-
dis,atq; incẽdiorũ.Teneris vndiq;,luce sunt clariora no
bis tua cõsilia omnia. Quæ etiam mecũ licet recogno-
scas.Meministi ne me ante diem.xij.Kalẽ.Nouẽ, dicere De mãlio
in senatu certo die fore in armis: qui dies futur⁹ esset iã
ante diẽ.vij,Kalẽ.no.C.Mãliũ audaciæ satellitẽ:atq; mi
nistrũ tuũ.Num me fefellit Catilina nõ modo res tãta:tã
atrox:tam incredibilis:verũ id qd' multo magis ẽ admi Alloquit
rãdũ dies?dixi ego idẽ in Senatu cædem te optimatũ cõ catilinam
tulisse ante diẽ.v.Kalẽ.Nouẽ.Tum cum multi principes narrando eius faci-
ciuitatis Ro.non tam sui cõseruandi,quam tuorũ consi nora.
liorum reprimendorũ causa profugerunt.Num inficia- Preneste
ri potes,te illo ip̃o die meis præsidijs,mea diligentia cir in aretitio monte.
cunclusum cõmouere te contra Remp.non potuisse?cũ
tu discessu cæterorũ nostra tamẽ,qui remansissem⁹ cæ-
de contentũ esse dicebas,Quid,cũ te Preneste Kalẽ.ip-
sis Nouẽb.occupaturũ nocturno impetu esse cõsideres
Sensisti ne illã Coloniã meo iussu meis præsidijs, custo
dijs,vigilijsq; esse munitam?Nihil agis.nihil moliris.ni
hil cogitas:quod ego non modo audiam:sed etiam vide Falcarij dicũt falci
am,planeq; sentiam.Recognosce mecũ tandem illam su- bus instru cti.
periorẽ noctem:iam intelliges multo me vigilare acrius
ad salutẽ,q̃ te ad perniciẽ Reip.Dico te priore nocte ve
nisse inter falcarios.Non agam obscure in.M.Leccæ do
mũ cõueĩsse eodẽ cõplures eiusdẽ amẽtiæ, scelerisq; so
cios.Num negare audes?Quid taces?cõuincã,si negas:
Video eñ esse hic in senatu quosdã, qui tecũ vna fuere.

O Dij immortales vbinã gentium sumus? quam Remp. habemus? In qua vrbe viuimus? Hic sunt in nostro numero. P.C. in hoc orbis terræ sãctissimo, grauissimoq; cõcilio: qui de nostro, omniũq; ĩteritu, qui de hui9 vrbis atq; adeo orbis terrarũ exitio cogitent. Hosce ego video Cõsul: & de Repu. sentẽtiã rogo. & quos ferro trucidari oportebat: eos nõdũ voce vulnero. Fuisti igitur apud Leccam illa nocte Catilina: distribuisti ptes Italiæ. Statuisti quo quemq; pficisci placeret. Delegisti, quos Romæ relinqueres: quos tecũ educeres. Descripsisti vrbis partes ad incẽdia: confirmasti teipsum iã esse exiturum. Dixisti paululũ tibi esse etiã nũc moræ, quod ego viuerẽ. Reperiti sunt duo Equites Ro. q te ista cura liberarent: & sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerent. Hæc ego oĩa vix dum iam cœtu vestro dimisso cõperi: domũ meam maiorib9 prçsidijs muniui: atq; firmaui: exclusi eos, quos tu mane ad me salutatũ miseras: cũ illi ipi venissent: quos ego iam multis ac summis viris ad me venturos id temporis esse prçdixerã. Quæ cũ ita sint Catilina: perge quo cœpisti: egredere aliquãdo ex vrbe: patent portę: pficiscere. Nimiũ diu te imperatorẽ illa tua Manliana castra desiderãt. *Educ tecum omnes tuos: si minus quam plurimos. Purga vrbẽ. Magno me metu liberabis, dummodo inter me, atq; te murus ĩtersit. Nobiscũ versari iã diutius nõ potes. Non feram: nõ patiar: nõ sinã. Magna dijs immortalibus habenda est gratia, atq; huic ipsi Ioui St

Quid catilina fecerit narrat cũ dicit distribuisti: ptes. i. partes Italiã puĩcias a coniuratis obeundas.

Id tpis p idẽ tps significat.

*Educere extra ducere est Verg. ho. ducẽs eduxit corpe telũ. Poit tñ aliqñ p lenigo. idẽ Vtrãq; sepulchri cõgerere arboribus certãt: i cel. educere certãt: interdũ etiã p nutrio ponitur.

tori antiquissimo custodi huius vrbis: quod hãc tam te-
tram, tam horribilẽ, tamq; infestã Reip. pestem toties iã
iam effugimus, Nõ est sæpius in vno hoĩe salus summa
periclitãda Reip. Quãdiu mihi cõsuli designato Catili
na insidiat⁹ es nõ publico me præsidio, sed priuata dili
gentia defendi: cũ proximis comitijs cõsularib⁹ me con-
sulẽ in cãpo, & cõpetitores tuos interficere voluisti: cõ
pressi tuos nefarios conat⁹ amicorũ præsidio: & copijs,
nullo tumultu publice cõcitato. Deniq; quotiescũq; me
petisti, per me tibi obstiti, quãquã videbam pniciẽ meã
cum magna calamitate Reip. esse cõiunctã. Nũc iam ap
te Remp. vniuersam petis. Tẽpla Deorũ immortalium,
tecta vrbis, vitã oĩm ciuiũ. Italiam deniq; totam ad exi-
tiũ, & vastitatẽ vocas. Quare qm̃ id quod primum atq;
huius ĩperij, disciplinæq; maiorũ, ppriũ est: facere nõ au-
deo: faciã ̃id qđ est ad seueritatẽ lenius: ad cõem salutẽ
vtili⁹. Nã si interfici iussero: residebit in Rep. reliqua cõ
iuratorũ man⁹. Sin tu (qđ te iã dudũ hortor) exieris ex
haurietur ex vrbe tuorum *comitũ magna & pnitiosa
sentina Reip. Quid est Catilina? nũ dubitas id me impe
rante facere, qđ iam tua sponte faciebas? Exire ex vrbe
cõsul hostẽ iubet, Interrogas? me nũ ĩ exiliũ? Nõ iubeo
sed si me cõsulis, suadeo. Quid enĩ Catilina est, qđ te iã
in hac vrbe delectare possit? in qua nẽo est extra istã cõ-
iurationẽ pditorũ hoĩm qui te non metuat: nemo, qui te
nõ oderit. Quæ nota domesticæ turpitudinis nõ in ista
vita tua est? quod priuatarum rerum dedecus nõ hæret

*Cõpeti-tores dicũtur q̃ i magistratib⁹ in officijs in honoribus pe-tendis cõcurrunt.

Quid petat catilina narrat Ci. petere enĩ in malã partẽ sumitur.

Cum dicit faciaz sensus est. i. te ad exiliuz exhortabor dicit Cicero Catilinæ.

* Comes est q̃ cũ aliquo simul it: et tanq̃ ducez seq̃tur. Cice. Non comitem se: sed ducez prebuit.

Suadet.

infamiæ? Quæ libido ab oculis, quod facinus à manib' tuis vnquam, quod flagitium à toto corpore abfuit? cu tu adolescentulo, quã corruptelarũ illecebris irretisses non aut ad audaciã ferrũ, aut ad libidinẽ facem prætul sti? Quid vero nuper cum morte superioris vxoris no nis nuptijs domũ vacuã fecisses? nonne etiam alio incr dibili scelere hoc scelus cumulasti? quod ego pretermi to: & facile patior sileri: ne in hac ciuitate tãti facinoris ĩmanitas, aut extitisse, aut nõ vindicata esse videat. Pr termitto ruinas fortunaꝝ tuarũ: quas oẽs ĩpendere tib proximis idibus senties. Ad illa venio: quæ nõ ad pri tam ignominiã vitioꝝ tuorũ, non ad domesticam tua facultatẽ, ac turpitudinẽ, sed ad summã Reipub. atq; a omnium nostrũ vitam salutẽq; pertinent. Potest ne tib huius vitæ hæc lux Catilina, aut huius spiritus cœli e iucũdus? cũ scias esse horũ neminem: qui nesciat te pr die Kalen. ianu. Lepido, & Tullo; Cons. stetisse ĩ comit cũ telo: Manũ consulũ, & principum ciuitatis interfic dorũ caussa parauisse? Sceleri, ac furori tuo nõ aliqua mẽtẽ: aut timorẽ tuũ, sed fortunã Populi Ro. obstitis Ac iam illa omitto: neq; enim sunt aut obscura: aut no multo post cõmissa. Quoties tu me designatũ, quoti me consulẽ interficere voluisti? Quod ego tuas petit nes ita cõiectas: vt vitare posse nõ viderẽtur, parua q dam declinatiões: & vt aiũt: corpore effugi? Nihil agi nihil assequeris, nihil *moliris: quod mihi latere vale in tpe: neq; tñ conari, ac velle desistis: quoties iã tibi c

Libido cõcupiscẽtia est.

Catilina necauit priorẽ cõiugẽ suã.

Narrat flagitia catiline. est enim flagitiũ scelus increpatiõe dignum.

Alloquit catilinã inuuẽdo cũ ei' spũs iocũd' eẽ nõ põt ꝑpter hoc qđ fecit: & facer voluit & dicit fortunã q; casu euaserũt.

*Molior significat vel ingenio: vl' corpore moueor ad aliquid agendum.

torta ē sica ista de manib⁹? Quoties vero excidit casu ali quo, & elapsa est: tñ ea carere diutius nō potes. Quæ quidem, qbus abs te initiata sacris ac deuota sit nescio: qd' eam necesse putas cōsulis in corpore defigere. Nūc vero q̄ tua est ista vita? Sic enim iā tecū loquar: nō vt odio permotus esse videar, quo debeo: sed vt misericordia quæ tibi nulla debet. Venisti paulo ante in Senatū, quis te ex hac tāta frequētia, ex tot tuis amicis: ac necessarijs salutauit. Si hoc post oīm hoīm memoriā cōtingit memini: vocis expectas cōtumeliā: cū sis grauissimo iudicio taciturnitatis oppressi⁹? Quid qd' ab aduētu tuo ista subsellia vacua facta sūt? Quid? qd' oēs cōsulares, q tibi persæpe ad cædē cōstituti fuerūt: simul atq; assedisti: partem istā subselliorū nudā, atq; inanē reliquerūt? Quo tandē animo hoc tibi ferendū putas? Serui me Hercule mei si me isto pacto metuerēt vt te metuūt oēs ciues tui: domū meā relinquendā putarē. Tu tibi vrbē non arbitraris. Et si me meis ciuibus iniuria suspectum tam grauiter, atq; infensum viderē: carere me aspectu ciuiū: quam infestis oculis omniū cōspici, mallē. Tu cū conscientias scelerū tuorū agnoscas: odiū omniū iustū, & iā tibi diu debitū dubitas: quorū mentes, sensusq; vulneras eorū aspectū præsentiamq; vitare? Si te parētes timerēt, atq; odissent tui neq; eos vlla ratione placare posses: vt opinor ab eorum oculis aliquo concederes. Nūc te patria, quæ communis est oīm nostrū parens: odit ac metuit: & iam diu de te nihil iudicat: nisi de parricidio suo cogitare: huius

Petitiōes capit hic p inuasionibus per insidias.

Dicit subsellia vacua facta: qz nemo cum catilina sedere vouit: et sūt sedilia in quibus auditores aut minores aut magistratus sedebant.

tu neq; autoritatē verebere, neq; iudiciū sequere: neq; vim pertimesces? Quæ tecū Catilina sic agit: & quodammodo tacita loquitur. Nullū iam tot annis facinus extitit nisi per te nullū flagitiū sine te. Tibi vni multorum ciuium neces, tibi vexatio, direptioq; sociorū impunita fuit, ac libera. Tu nō solū ad neglīgēdas leges, & quæstiones verūetiam ad deuincendas, perfringendasq; valuisti. Superiora illa quanquam ferenda non fuerunt, tamen vt potui: tuli. Nunc vero me totū esse in metu propter te vnū quicquid īcrepuerit, Catilinā timeri: Nullū videri contra me consilium iniri posse: quod à tuo scelere abhorreat: nō est ferendum. Quamobrem discede: atq; hunc mihi timorem eripe. Si est verus, ne opprimar: Sin aūt falsus vt tandē aliqn̄ timere desinā. Hæc si tecū vt dixi: patria loquatur: nonne impetrare debeat: etiam si vim adhibere non possit? Quid q tu teipse in custodiam dedisti? Quid qd' vitādæ suspitionis caussa apud. M. Lepidū te habitare velle dixisti? à quo non recept9, etiā ad me venire ausus es, atq; domi meæ te asseruari rogasti cū à me quoq; id respōsū tulisses, me nullo mō posse his parietibus tutū esse tecū: q magno in periculo essem quod iisdē mœnibus cōtineremur: ad. Q. Metellū prætorē venisti, à quo repudiat9: ad sodalē tuū virū optimū M. Marcellū demigrasti: quē tu videlicet & ad custodiendum te diligentissimum, & ad supplicandū sagacissimū ad vindicandū fortissimū fore putasti: sed quā longæ videtur à carcere, atq; à vinculis abesse debere: q seipm iā

Q. d. debes vereri nō minus q̄ parētes qui te genuerunt.

Cice. monet catilinā vt discedat ab vrbe cū dicit discede.

M. dicit q volüit habitare cū marco a q̄ non recept9 venit.

Parietis capit ibi p domo priuata q̄ longe minor est q̄ oppidum.

carcere

dignũ custodia iudicauerit Quæ cũ ita sint Catilina: du bitas si hic morari æquo aĩo non potes: abire in aliquas terras: & vitã istã multis supplicijs iustis, debitisq́, ere ptã fuge, solitudiniq́ mãdare? Refert (inquis) ad Sena tũ, id eñ postulas. Et si hic ordo sibi placere decreuerit: te ire in exiliũ: obtẽparaturũ te ẽẽ dicis: nõ referã id qđ abhorret à meis morib⁹, sed tñ faciã, vt intelligas, qđ hi de te sentiãt. Egredere ex vrbe Catilina: libera Rẽp. me tu: in exiliũ si hãc vocẽ expectas ꝓficiscere. Quid ẽ Ca tilina? qd attẽdis? quid aĩaduertis hoꝝ silentiũ? patiun tur tacent. Quid expectas auctoritatẽ loquentiũ? quoꝝ voluntatẽ tacitorum perspicis? Ad si hoc idem huic ado lescẽti optimo. P. Sextio, si fortissimo viro. M. Marcello dixissem: iam mihi Consuli hoc ipõ in templo iure opti mo Senatus vim, & manus intulisset. De te autem Cati lina cum quiescunt, probant. cum patiuntur: decernunt cum tacent, clamant. Neq́ hi solum, quorum vel aucto ritas clara est: videlicet vita vilissima: sed etiam illi equi tes Ro. honestissimi, atq́ optimi viri, cæteriq́ fortissimi ciues, qui circũstant Senatũ: quorũ tu & frequẽtiã vide re: & studia perspicere: & voces pauloãte exaudire po tuisti: quorũ ego vix abs te iã diu man⁹, ac tela cõtineo. Eosdẽ facile adducã, vt te hæc quæ iampridẽ vastare stu des relinquẽtẽ, vsq́ ad portas ꝓsequant̃. Quanq́ quid est quod loquar te, vt vlla res frangat? vt tu nunq́ re cor rigas? tu vt vllã fugã meditare? tu vllum vt exilium co gites? Vtinã tibi istã mẽtẽ dij ĩmortales catilina donarẽt

Abire inalias quas terras q̃scũq; alias a romano īperio alienas.

Cicero catilinã hortatvt ex vrbe egrediatur cũ dicit egredere.

Cũ cicero dicit at si hoc idẽ ꝓbat qđ tacẽdo cõsẽtit: qz si de alijs ꝓbare dicere vellet senatus nõ taceret.

Cũ: cicero ꝙꝙ argute docet se frustra loqui cũ aduersarius tã obstinatus sit vt sano consilio acqescere nolit.

*Vix avi deriuat: q si cum vi & difficultate. ter. vix retraxi: filiũ ab amore ancille. aliqñtñ ad tps refert Vergi. Et quos sido nia vix vrbe reuelli vix. i. nup.

Aqla argẽtea, pvexillo accipit quam bello cimbrico mari⁹ i exercitu habuisse diceba tur.

tametsi video, si mea voce ire in exiliũ animũ induxeris: quãta tẽpestas inuidiæ nobis: si minus in presens tẽpus recenti memoria scelerum tuoꝝ: at in posteritatẽ pendeat: sed nõ est mihi tanti, dũ modo ista tua sit priuata calamitas: & a reip. periculis se iungatur: sed tu vitijs tuis cõmoueare: vt legũ pœnas pertimescas: vt temporibus Reip. cõcedas nõ est postulandũ. Neqꝫ enim Catilina is es: vt te aut pudor a turpitudine: aut metus a periculo: aut ratio a furore reuocarit. Quãobrem vt sæpe iam dixi: proficiscere. At si mihi inimico, vt prædicas tuo cõflare vis inuidiã: recta via pge in exiliũ. Vix ferã sermones hoim si id feceris * Vix molem istius inuidiæ si in exiliũ ieris iussu Cõsulis, sustinebo. Sin autẽ seruire meæ laudi, & gloriæ mauis: egredere cũ iportuna scæleratorũ manu: cõfer te ad Mãliũ cõcita pditos ciues. Secerne te a bonis: infer patriæ bellũ: exulta impio latrocinio: vt a me nõ eiectus ad alienos, sed inuitat⁹ ad tuos eẽ videaris. Quãquam qd ego te inuitẽ? a quo iam sciam esse præmissos, qui te ad forũ Aureliũ præstolarent armati: cum sciam pactam, & constitutã esse cũ Manlio diem: a quo etiam Aquilam illã argẽteã (quã tibi, ac tuis oĩbus pniciosam esse cõfido, & funestã futuram: cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorũ constitutũ fuit:) sciam esse præmissam. Tu vt illa diutius carere possis, quã venerari ad cædẽ pficiscens solebas. A cuius altaribus sæpe istam dextram impiam ad necem ciuiũ transtulisti. Ibis tandem aliquãdo, quo te iampridam tua ista cupiditas effrenata ac furiosa

riosa rapiebat: neq̃ enim tibi hec res affert dolorem: sed
quãdam incredibilem voluptatem: ad hanc te amentiaꝫ
natura peperit: voluntas exercuit: fortuna seruauit. Nũ
quã tu nõ modo otiũ sed ne bellum quidem, nisi nefariũ
cõcupisti: nactus es ex ꝑditis, atq̃ omni nõ modo fortu
na: verum etiam spe derelictis cõflatam improboruꝫ ma
num. Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudijs exul
tabis? quãta in voluptate *bachabere? cũ in tanto nume
ro tuorum neque audies virum bonum quãquam: neq̃
videbis. At huius vitæ studium meditati illi sunt: qui fe
runtur labores tui: iacere humi non modo ad obsidendũ
stuprum: verum & ad facinus obeundum. Vigilare non
solum ad insidiãdũ somno maritorũ: verũ etiam bonis
occisorũ. Habes vbi ostentes illã præclaram tuam patiẽ
tiam famis, & frigoris: inopiæ rerum omnium: quib⁹ te
breui tempore cõfectũ esse senties. Tantum profeciꝫ
cum te a consulatu reppulivt exul potius tentare, q̃ Cõ
sul vexare Remp. posses. Atq̃ vt id, quod esset a te scele
rate susceptum latrocinium potius, quam bellum nomi
naretur. Nũc vt a me. P. C. quandam prope iustã patriæ
querimoniaꝫ detester, atque deprecer: percipite quæso
diligenter, quæ dicã: & ea penitus animis vestris, menti
busq̃ mandate. Etenim si mecum patria, quæ mihi vita
mea multo est carior: si cuncta Italia, si omnis Respu. lo
quatur. M. Tulli quid agis? tu ne eũ quẽ esse hostẽ cõperisti
quẽ ducẽ belli futurũ vides: quẽ expectari Imperatorẽ
in castris hostiũ sentis: auctorẽ sceleris principẽ cõiura-

Studiuꝫ ẽ vehemẽs animi applicatio ad aliq̃d agẽdum.

* Bacchari ꝓprie significat bacchanalia celebrare: ꝑ metaphoram tñ capitur ꝓ furere: nã veteres a bacchantibus q̃cq̃d vehementer agitaretur bacchari dicebant. ver. Totaq̃ incensa per vrbẽ Bacchatur.

latrociniũ assũptũ dr susceptũ q̃ q̃ aliena inuadũt cõmittunt.

tiõis, euocatorẽ seruorũ, & ciuiũ perditorꝝ exire patris: vt abs te nõ emissus ex vrbe: sed imissus in vrbẽ esse videatur: nonne hunc in vincula duci, & nõ ad mortem rapi: non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? Mos ne maiorum? at persæpe etiam priuati in hac Repu. perniciosos ciues morte multarũt. At leges quæ de ciuiũ Romanorꝝ supplicio rogate sunt. At nũquam in hac vrbe hi, quia Repub. defecerunt ciuium iura tenuerunt. An inuidiam posteritatis times: præclaram vero Populo Ro. referes gratiam: qui te hominẽ per te cognitum nulla commẽdatione maiorũ: tam mature ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit: si propter inuidiam, aut alicui⁹ periculi metum salutem ciuiũ tuorum negligis? Sed si quis est inuidię metus nõ ẽ vehemẽtior seueritatis, aut fortitudinis inuidia quã inertiæ, ac nequitiæ pertimescẽda. An cũ bello vastabit Italia: vexabũtur vrbes: tecta ardebunt: te nõ existimas iuidiæ icẽdio cõflagraturũ His ego sanctissimis Reip. vocibus: & eorũ hominũ, qui idem sentiũt: mentibus pauca respondebo. Ego si hoc optimum factu iudicarem. P.C. Catilinam morte mulctari: vni⁹ *vsuram horæ gladiatori isti ad viuendum non dedissem. Etenim summi viri & clarissimi ciues Saturnini, & Gracchorum & Flacci, & superiorũm complurium sanguine nõ modo se nõ cõtaminauerunt: sed etiã honestauerunt: certe verendũ mihi non erit: ne quid parricida ciuium interfecto inuidiæ mihi in posteritatẽ redundaret. Quod si

Cũ cicero dicit atnũ ꝙ callide ꝯtẽdit catilinaꝫ nõ eẽ ciuẽam pli⁹ ꝛitañ gauisuruꝫ ꝑuilegio ciuium

Cuꝫ dicit etei ꝓbat exẽploma ioꝝ desedi tiosisꝛ pa tricidis possesumi suppliciũ impune.

*Usura mõ ꝓ vsu accipitur, Seneca Si mihi vni⁹ diecu le vsurã ꝓ misisset. mõ signifi cat fenus

mihi maxime impenderet: tamē hoc animo semp̄ fui: vt inuidiā virtute partā, gloriam non inuidiam putarem. Quāq̄ nonulli sunt in hoc ordine: qui aut ea: quæ iminēt nō videāt: aut ea, q̄ vidēt dissimulēt. Qui spem Catilinæ mollibus sentētijs aluerūt: cōiurationēq̄ nascentem nō credēdo corroborauerūt: quorū auctoritatē secuti multi non solū improbi, verūetiā imperiti, si in hūc aīaduertissent: crudeliter nō egregie factū esse dicerēt. Nūc intelligo, si iste quo ītēdit: in Manliana castra peruenerit: neminē tam stultū fore, qui nō videat cōiurationē esse patefactam, neminē tā improbum, qui non fateatur Hoc autem vno interfecto intelligo hanc Reip. pestem paulisper reprimi, nō in perpetuū cōprimi posse. Qd' si se eiecerit: secūq̄ suos seduxerit, & eodē cæteros vndiq̄ collectos naufragos aggregauerit: extinguet, atq̄ delebitur nō mō hæc tā adulta Reipu. pestis: verūtiam stirps, ac semen malorū hoīm. Etenim iamdiu. P.C. in his periculis cōiuratiōis: & insidijs versamur: sed nescio quo pacto omnium scelerū, ac veteris furoris, & audaciæ maturitas in nostri cōsulatus tempus erupit. Quod si ex tanto latrocinio iste vn⁹ tolletur: videbimur fortasse ad breue quoddā tempus cura & metu esse releuati, periculū aūt residebit: & erit inclusum penit⁹ in venis, atq̄ in viscerib⁹ Reip. Vt sæpe hoīes ægri morbo graui cum æstu, febriq̄ iactantur, si aquam gelidam biberint: prius releuati videntur. deinde multo graui⁹, vehementiusq̄ afflictantur, sic hic morb⁹, qui est in rep. releuatu

Oēs fatentur coniurationem catiline eē iustam.

Reprimi arceri vt comprimi deleri. Cum vt stirps et semen pulchra allusio ē: qz ex his duobus solent res naturaliter propagari.

Cōpatio cū vt Catilina pīculū residebit alludit ad venas terre ī qb⁹ metalla sunt.

istius pœna vehementius ciuibus reliquis ingrauesce
Quare secedāt improbi:secernāt se a bonis:vnū in loci
congregentur,muro deniq;, id quod sæpe iam dixi s
cernantur a bonis:desinant insidiari domi suæ: Cōsul

Apta ꝯpa tio ex phi cis sūpta isti⁹ catiline pena.

circunstare:tribunal Prætoris vrbani absidere cum gl
dijs Curiā.Malleolos ad incendēdā vrbē:facesq; com
parare.Sit deniq; inscriptū in fronte vniuscuiusq;,qu
de Rep.sentiat.Polliceor vobis hoc.P.C.tantū in nobi
Cons.fore diligentiā:tantā in vobis auctoritatem, tan
tā in equitibus Ro.virtutē:tantam in omnibus bonis c
sensionem:vt Catilinæ profectione omnia patefacta,il

Per antiphorā conuertit sermonē ad iouē: cū dicit tu iupiter.

lustrata,oppressā, vindicata esse videatis:hisce omnib
Catilina cū summa reip.salute,at cū tua peste,ac perni
cie,cūq; eorum exitio,qui se tecū omni scelere: parri
dioq; iūxerūt:Proficiscere ad impiū bellum,ac nefari

* Arcere phibere ē ne ij q volunt accedāt Uerg. Hostesq; a menib⁹ arcēt. Trāsfert aliqñ ad icorporea.

Tū tu Iuppiter hisdem,quib⁹ hæc vrbs auspicijs ab R
mulo est constituta:quem statorem hui⁹ vrbis atq; imp
rij vere nominam⁹:hūc,& hui⁹ socios a tuis aris, cæte
risq; templis,ac tectis vrbis,ac mœnib⁹,a vita fortun
q; ciuiū omnium arcebis:& omnes inimicos bonoꝝ ho
stes patriæ:latrones Italiæ scelerū fœdere inter se,ac ne
faria societate cōiūctos æternis supplicijs viuos,mort
uosq; mactabis.

M.T.CICERONIS IN L.CATILINAM ORATIO SECVNDA.



020 4



Ande aliqñ Quir. Catilinã furẽtẽ auda-cia: scel⁹ anhelãtẽ: pestẽ pr̃ie nefarie moliẽtẽ: nobis, atq; huic vrbi ferrũ, flãmãq; minitãtẽ ex vrbe vl' eiecim⁹, vel emisim⁹: vel ipsũ egrediẽtẽ vrbe ꝓsecuti sum⁹. Abijt: excessit, euasit, erupit. Nulla iã pnicies a mõstro illo atq; ꝓdigio mœnibus ipsis intra mœnia cõparabit̃. Atq; hunc quidem vnũ huius belli domestici ducẽ sine cõtrouersia vicim⁹. Non enĩ iam inter latera nr̃a sica illa versabitur: nõ in cãpo, nõ in foro, non in curia, nõ deniq; inter domesticos parietes pertimescemus: loco ille motus est: cũ ex vrbe depulsus: palã iam cum hoste nullo impediẽte bellũ iustum geremus: sine dubio ꝑdidimus hoiem: magnifice vicimus: cũ illũ ex occultis insidijs in apertũ latrociniũ coniecim⁹. Quod vero non cruẽtũ Mucronẽ vt voluit,

Hec secunda ciceronis inectiua in catilinã cuius habita est concio ad quirites post fugã catiline: in qua Cicero catilinã rumosus criminat̃ ⁊ se purgat ab his q̃ obijci possent q̃ exiliuz abire iusserit dicẽs: se id ñ iussisse sed ꝯsuluisse p bono rei publice.

198

extulit: quod ei ferrũ de manibus extorsimus: qđ incolumes ciues, quod stantẽ vrbem reliquit: quanto tandẽ illum mœrore afflictum esse, & profligatũ putatis? iacet ille nũc prostratus Quir. & se perculsum, atq; abiectũ esse sentit, & retorquet oculos profecto sæpe ad hãc vrbem: quã ex suis faucibus ereptã esse luget. Quæ quidẽ lætari mihi videtur, quod tantã pestẽ euomuerit: forasq; proiecerit. Ad si quis est talis, qualis esse omnes oportebat: qui hoc ipo i quo exultat, & triũphat oratio mea me vehementer accuset: quod tam capitalem hostẽ non cõprehẽderim, potius quã emiserim: nõ est ista mea culpa, sed tẽporũ. Interfectũ esse. L. Catilinã, & grauissimo supplicio affectũ iampridẽ oportebat. Idq; a me & mos maiorum, & huius Imperij seueritas, & Respu. postulabat. Sed quam multos fuisse putatis, qui quę ego deferrem, nõ crederẽt: quã multos ꝓpter stultitiã non putarẽt: quã multos, q etiã defẽderẽt? quã multos q ꝓpter improbitatẽ fauerent. Ac si sublato illo depelli a vobis oẽ piculũ iudicarẽ: iãpridẽ ego. L. Catilinã nõ mõ inuidiæ meæ, verũetiã piculo vitæ sustulissem. Sed cũ viderẽ ne vobis qdẽ oib⁹ re etiã tã ꝓbata, si illũ vt erat merit⁹ morte multassem: fore vt ei⁹ socios ĩuidia oppressus ꝑsequi nõ possem. Rem huc deduxi: vt tum palam pugnare possetis: cũ hostem aperte videretis. Quem quidẽ ego hostẽ Quir. quã vehementer foris esse timendũ putem, licet hinc intelligatis, quod illud etiã moleste fero: qđ ex vrbe parũ comitatus exierit. Vtinam ille omnes secũ suas

De ipso loquitur.

* Deferre iterdũ significat fferre. Verg. celeres mãdata pauras Detulit. i terdũ celatũ aliquid ꝓdere zac cusare.

Dicit q catilina triũphat eo q ipse cũ nõ cõprehenderit.

Gradatim procedit.

Est eñ mi nor culpa defendentiũ q fauẽtiũ: qr defendimus qđ tolerabile putamus: fauemus illi qđ bonum censemus.

copias eduxisset Tongilium mihi eduxit: quē amare in prætexta calumnia cœperat. Publicū, & Mimaciū, quorum æs alienum cōtractū in popinā nullum Reipu. motum afferre poterat: reliquit. Quos viros, quāto alieno ære? quam volentes? quā nobiles vos videtis. Itaq; ego illum exercitum ex Gallicanis legionibus, & cum hoc delectu, quē in agro Piceno, & Gallico. Q. Metellus habuit: ex his copijs, quæ a nobis quotidie cōparantur magnopere cōtemno: collectum ex senibus desperatis: ex agresti luxuria: ex rusticis mēdiculis: ex decoctorib' ex ijs qui vadimonia deserere, quam illum exercitū maluerint.

Cū dr parū comitatus notat q nō duxerit secum oēs socios ac cōiuratos.

De metello loquit.

Quibus ego nō modo, si aciem exercit' nostri verū etiam si edictū Prætoris ostēdero, concident. Hos quos video volitare in foro: quos stare ad Curiam: quos etiā in Senatum venire: qui nitent vnguentis: q fulgent purpura: mallem secum eduxissent suos milites. Quod si hic permanent: mementote nō tam exercitum illum esse nobis, quā hos, q exercitū deseruerūt ptimescendos. Atq; etiā hoc magis sunt timendi: qd' qd cogitent, me scire sētiunt: neq; tamē permouent. Video cui Apulia sit attributa: quis habeat Hetruriam: quis agrū. Picenum: quis Gallicū, quis sibi has vrbanas insidias cædis, atq; incendiorum depoposcerit: omīa superioris noctis cōsilia ad me perlata esse sentiunt: patefeci in Senatu externa die. Catilinā ipē pertimuit profugit. Hi quid expectāt, nōne illi vehementer errant: si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram? Quod expectaui;

De apulia loqtur dicēs cognoscocui apulia sita tributa p catilinā tāq; impatorē.

Seuerus rigide sequẽs verũ ita vt abeo neq̃quam flecti possit inde seueritas seq̃la veri.

iam sum assecutus: vt vos oẽs factam esse aperte coniura-
tionẽ contra Remp: videretis: nisi vero si quis est, q Ca-
tilinæ similis cum Catilina sentire nõ putet: nõ est iã le-
nitatis locus: seueritatẽ res ipa flagitat. Vnũ etiã nũc cõ-
cedam. Exeãt: pficiscant: ne patiantur desiderio sui Ca-
tilinã miserũ tabescere. Demõstrabo iter. Aurelia via p-
fectus est: ac si accelerare volent, ad vesperã consequen-
tur. O fortunatã Remp. siquidem hanc sentinam huius
vrbis eiecerit. Vno me hercule Catilina exhausto releua-
ta mihi. & recreata Resp. videt. Quid em̃ mali sceleris
fingi, aut cogitari potest: qd non ille conceperit? Quis
tota italia venefic⁹? Quis gladiator? Quis latro? Quis
sicarius? Quis parricida? Quis testamẽtorũ subiector?
Quis circunscriptor? Quis ganeo? Quis nepos? Quis
adulter? Que mulier infamis? Quis corruptor iuuentu-
tis? Quis corruptus? Quis perditus inueniri potest? qui
secũ Catilina familiarissime vixisse nõ fateat? Quæ cæ-
des per hosce annos sine illo facta est? Qd nefarium stu-
prũ non per illũ? Iã vero quæ tanta in illo vnq̃ homine
iuuentutis illecebra fuit, quanta in illo, q̃ alios ipe ama-
bat turpissime: aliorum amori flagitiosissime seruiebat:
alijs fructũ libidinũ, alijs mortẽ parentũ nõ mõ ipellen-
do, verumetiã adiuuendo pollicebat. Nũc vero q̃ subi-
to non solũ ex vrbe, verũetiam ex agris ingentẽ numerũ
perditorũ hominũ collegerat: nemo nõ mõ Romæ: sed
ne vllo in angulo totius Italie oppressus ære alieno fuit
quẽ nõ ad hoc icredibile sceleris fœdus asciuerit. Atq̃

parricida ðr q parentes & sanguine coniũctos occidit.

Facinora Catiline narrat.

Polliceor promitto.

vt eius diuersa studia dissimili ratione perspicere possi-
tis:nemo est in ludogladiatorio paulo ad facinus auda
cior:qui se non intimū Catilinæ esse fateatur: nemo in
scena leuior,& nequior:qui se non eiusdem prope soda
lē fuisse cōmemoret.Atq; idem tum stuprorum,& scele
rum exercitatiōe assuefactus frigore,& fame,& siti,ac
vigilijs perferendis fortis ab his istis suis socijs prædica
bat:cū industriæ subsidia,atq; instrumenta virtutis ī li-
bidine,audaciaq; cōsumerent.Hūc vero si secuti fuerīt
sui comites:si ex vrbe exierint desperatorum hominū
flagitiosi greges.~~O nos beatos.O Remp. fortunatā.O~~
~~præclaram laudē Cōsulatus mei.~~Iam enim nō sunt me-
diocres hominū libidines:nō humanæ ac tolerādæ auda
ciæ,nihil cogitāt,nisi cædes:nisi incendia:nisi rapinas.
Patrimonia sua pfuderūt:fortunas suas * ~~obliguerūt~~:
res eos iāpridē,fides deficere nuper cœpit. Eadē tn̄ illa
q̄ erat in abūdātia:libido permanet. Quod si ī vino, &
alia cōmessatiōes solū,& scorta q̄rerēt,eēnt q̄dē despe
rādi:sed tn̄ essent ferēdi.Hoc vero quis ferre possit?in-
ertes hoīes fortissimisviris īsidiari?stultissimos prudē-
tissimis?ebriosos sobrijs?dormiētes vigilātibus?q mihi
accubātes in cōuiuijs,cōplexi mulieres impudicas vino
lāguidi:cōferti cibo:sertis redimiti:vnguētis obliti: de
bilitati stupris:eructāt sermōib' suis cædē bonorū: atq;
vrbis incēdia,qb' ego cōfido īpēdere fatū aliqd':& pœ-
nas iādiu īprobitati neq̄tie, sceleri,libidini debitas:aut
instare iam plane:aut certe iam appropinquare.Quos si

Ludus bi vbicunq; ars aliq̄ siue bona siue mala docetur.

Catilina scelerū exercitio assuefact* pdicabat.

* ~~Obligurio aude multa psumo.~~ Terē. Itidē patria q̄ obliguri erat bona.

meus consulatus quoniam sanare non potest, sustulerit, nõ breue nescio quod tẽpus, sed multa secula propagarit Reip. Nulla est eñ natio: quam pertimescamus: nullus Rex, qui bellum Reip. facere possit: oĩa sũt externa vnius virtute terra, mariq́; pacata, domesticũ bellũ manet. Intus insidiæ sunt: intus inclusum periculũ est: intus est hostis cũ luxuria: nobis, cũ amẽtia, cum scelere certãdum est: huic me bello Ducẽ ꝓfiteor o Quiri. suscipio inimicitias hominũ perditorum. Quæ sanari poterunt, quacunq́; ratione sanabo. Quę resecãda erũt: nõ patiar ad perniciẽ ciuitatis manare. Proin aut exeãt: aut quiescant: aut si in vrbe, & in eadẽ mẽte permanẽt: quæ merẽtur: expectent. At etiam sunt Quir. qui dicãt a me in exilium eiectum esse Catilinam: quod verbo, si ego assequi possem: ipos istos eijcerẽ, qui hæc loquunt. homo enim videlicet timidus, & permodestus vocem Cõsulis ferre non potuit: simulq́; ire in exiliũ iussus est: paruit. Quod hesterno die: cum domi meæ pene interfectus essem Senatum in ædem Iouis Statoris vocaui. rem oẽm ad Patres. C. detuli. Quo cum Catilina venisset: quis eũ Senator appellauit? Quis salutauit? Quis deniq́; ita aspexit: vt perditum ciuẽ, ac non potius: vt importunissimũ hostem. Quinetiã principes eius ordinis partẽ illã subselliorum, ad quã ille accesserat: nudam. atq́; inanẽ * reliquerunt: hic ego vehemẽs ille Consul, qui verbo ciues ĩ exiliũ eijcio: q̃siui a Catilina, an in nocturno cõuẽtu apud M: Leccã fuissem necne? cũ ille hõ audacissim' cõsciẽtia

Secu'um spaciũ cẽtũ ãnoꝝ ẽ

Quirites alloquit.

Catilinã ab oib' fu isse neglectũ innuit dicẽdo qs

* Inane aerẽ vocamus. Lucreti' longũ pinane resoluit in ane ꝓprie vacuũ est. Uer. Atq; illis an sepe rote du cãt ianes.

conuictus primo reticuisset:patefeci cætera:quid ea no
cte egisset:vbi fuisset:quid ĩ ꝓxima cõstituisset: queãd
modum esset ei ratio totius belli descripta,edocui. Cũ
hæsitaret,cũ cũctaretur, quæsiui q̃d dubitaret ꝓficisci
eo quo iãpridem pararat.Cũ arma,cũ secures,cũ digni
tates,cũ fustes,cũ tubas,cũ signa militaria,cũ Aquilam
illam argẽteam,cui etiã sacrarium scelerũ domi suę fe-
cerat,scirẽ esse præmissam,in exiliũ eijciebã:quem iam
ingressum in bellum esse videbã. Etenim credo Mãlius
iste cẽturio,qui in agro Fesulano castra posuit:bellũ po
pulo Ro.suo noĩe indixit:& illa castra nũc nõ Catilinã
Ducẽ expectant.Et ille reiectus in exilium: se in Massi-
liam,vt aiunt:nõ in hæc castra cõferet. O cõditionẽ mi-
seram nõ modo administrandæ,verũ etiam cõseruandæ
reipub:Nunc si.L.Catilina,cõsilijs,laboribus,periculis
meis circũclusus,ac debilitatus subito ꝑtimuerit:sentẽ
tiam permutauerit:deseruerit suos:cõsiliũ belli faciun-
di abiecerit,ex occursu sceleris,& btlli iter ad fugam,
atq; in exilium cõuerterit:non ille a me spoliatus armis
audaciæ:non obstupefactus:ac perterritus mea diligen
tia:non de spe,conatuq; depulsus:sed indẽnatus: inno-
cens in exiliũ eiectus a consule,vi & minus esse dicetur
Et erunt:qui illum si hoc fecerit,nõ im robum,sed timi-
dum,me nõ diligẽtissimum Consulem:sed crudelissimũ
Tyrãnum existimare velint.Est mihi tanti,O Quir.hui9
inuidiæ falsæ atq; iniquæ tempestatem subire dummo
do a vobis huius horribilis belli:ac nefarij periculũ de-

De instrumẽtis bellicis loquitur.

De mãlio illo viro:

Quo se cõfert catilina.

Quos eñ catilina deseruit sũt cõiurati ꝛ cõfederati ꝛ cõplices vt Manlius ꝛ milites qui cũ eo sunt.

Alloquit qrites q. d. malo inuidiam sustinere q̄ respubli. tm̄ periculi sustineat.

pellatur. Dicatur sane eiectus esse a me: dūmodo eat in exilium: sed mihi credita: nō est iturus. Nunquam ego a Dijs immortalibus optabo. Quir. inuidiæ meæ leuādæ caussa: vt. L. Catilinā ducere exercitū hostiū atq; ī armis volitare audiatis: sed triduo tn̄ audieritis, multoq; magis illud timeo: ne mihi sit inuidiosum aliquādo quod illū emiserim potius, quā eiecerim. Sed cū sint hoīes, q illum cum profectus sit: eiectum esse dicāt: ijsdē si interfectus esset: quid dicerent? Quāquā isti, qui Catilinam Massiliā ire dictitant: nō tā hoc queruntur: quā verentur. Nemo est istoꝝ tā misericors: qui illum nō ad Mālium, quū ad Massilienses ire malit. Ille aūt si me Hercule hoc quod agit: nunquā ante cogitasset, tamen latrocinātem se interfici mallet, q̄ exulem viuere. Nunc vero, cū ei nihil adhuc præter ipsius voluntatem, cogitationēq; acciderit: nisi quod viuis nobis Roma profect⁹ est: optam⁹: potius vt exeat in exilium, quam queramur. Sed cur tā diu de vno hoste loquimur? & de eo hoste, qui iā fatet se esse hostem? & quia, quod semper volui murus inter est: non timeo de ijs, qui dissimulant: qui Romæ remanent: qui nobiscum sunt, nihil dicimus: quos quidē ego si vllo mō fieri posset, nō tā vlcisci studeo, q̄ sanare, & ipos placare Reip. neq; id quare fieri nō possit: si me audire voluerint: intelligo. Exponam em̄ vobis Quir. ex qb⁹ generib⁹ hoīm istæ, copiæ cōparent. Deinde singulis medicinā cōsilij, atq; ōronis meæ: siquā potero, afferā. Primū gen⁹ ē eoꝝ: q magno ære alieno maiores etiā

Purgat se cicero ab eo qd obijci posset: nā verebatur qd etiā euenit.

Dicit vbi q viuis nobis. nā catilna cogitaratp us ciceronē interficere q̄ ad Manlium pficiseret.

Sanare ad saniorē mentē reducere vt animum mutaret.

possessiones habēt:quarū amore adducti:dissolui nullo modo possunt.Horū hoīm species est honestissima: sūt enim locupletes.Volūtas vero,& caussa impudētissima Tu agris,tu ædificijs,tu argento,tu familia,tu rebus oī bus ornatus,& copiosus sis:& dubites aliqd de possessione detrahere,ac fidē acqrere?Quid em̄ dicas?expectas bellū?Quid?ergo in vastatiōe hoīm,tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? An tabulas nouas? Erant qui ista a Catilina expectāt:meo bn̄ficio tabulæ nouę pferuntur:verū auctionariæ:neq; em̄ isti,qui possessiones habēt:alia rōne vlla salui esse possunt. Qd' si maturius facere voluissent,neq;(id qd' studiosissimū est)certare cū vsuris fructibus p̄dio℞ locupletioribus his,& melioribus ciuibus vereremur.Sed hosce hoīes minime puto pertimescēdos:qd' aut deduci de sentētia possunt: aut si permanebūt magis mihi videtur vota facturi contra rēpu.quā arma laturi.Alterū gen⁹ est co℞,qui quanquā premūtur ære alieno:dominationē tm̄ expectāt:rerū potiri volūt:honores,quos quieta Repu.desperant. turbata:cōsequi se posse arbitrātur.quib⁹ hoc p̄cipiēdū videtur:vnū scilicet,& idē qd' ceteris hoībus vt desperēt se id:qd' conantur * cōsequi posse. Primū omnium meipsum vigilare:adesse:prouidere Reipu.Deinde magnos aīos esse in bonis viris:magnā cōcordiam, maximam multitudinem:præterea magnas copias militum: deos deniq; īmortales huic inuicto Populo,clarissimo imperio,pulcherrimæ vrbi:contra tantam vim sceleris

Cicero p̄se ciuitas est primuz genus hominū q̄ cū magnas possessiones habeāt nihil tm̄ eris alieni ꝯhunt: qz satisfacere nolunt amorē pecuniꝯ addūt s3 sūt gen⁹ vt pote eo℞ qui cū certo alicui dn̄ari volūt ⁊ sūt multo perniciosiores

* Consequor iterdū significat sequor Cice. Ex q̄ itelligi pōt illū mētis agitatiōe et uestigatio neq; earū rerū quas cogitādo ꝯsequebatur:neq; otyosūz neq; solū vnq̄ fuisse.interdū ēt significat adipiscor

præſentis auxiliũ eſſe laturos. Quod ſi iam ſũt, id quod
cum ſummo furore cupiunt: adepti: num illi in cinere vr
bis, & ſanguine ciuiũ, quæ mẽte ſcelerata, ac nefaria cõ
pierũt: cõſules, ac dictatores: aut etiã reges ſe ſperãt fu
turos? Nũ vidẽt ſe id cupere: quod ſi adepti fuerint, fugi
tiuo alicui aut gladiatori cõcedi ſit neceſſe. Tertium ge
nus eſt ætate iam confectum: exercitatiõe robuſtũ: quo
ex genere eſt ipſe Manlius: cui nũc catilina ſucceſſit. hi
ſunt homines ex his colonijs, quas Feſulis Sylla cõſtitu
it: quas ego vniuerſas ciuiũ eſſe optimorum & fortiſſi
morum virorũ ſentio: ſed tamẽ hi ſunt coloni: qui ſe in
ſperatis, repẽtiniſq; pecunijs ſumptuoſius, inſolẽtiuſq;
iactarũt, hi dũ edificãt, tanq; beati, dũ prædijs, lecticis,
familijs: magnis cõuiuijs: apparatibus delectantur: in ta
tum æs alienũ inciderunt: vt ſi ſalui eſſe velint: Sylla ſit
his ab inferis excitandus. Qui etiã nonnullos agreſtes
homines tenues atq; egentes in eandem ſpem rapinarũ
veterum impulerunt: quos ego vtroſq; Quir. in eodem
genere prædatorũ direptorumq; pono. Sed eos hoc mo
neo: deſinãt furere, & ꝓſcriptiones, & dictaturas cogi
tare. Tantus enim illorum temporum dolor inuſtus eſt
ciuitati: vt iam iſta nõ mõ hoĩes: ſed ne pecudes quidem
paſſure eſſe videantur. Quartũ genus ſane variũ, & mi
ſtũ, & turbulentũ, qui iãpridẽ premũtur: qui nũq; eme
gunt: qui partim inertia: partim male gerendo negotio
partim etiam ſumptibus in vetere ære alieno vacillant:
vadimonijs iudicijs, ꝓſcriptiõibus bonorũ defatigati

Ponit tertiũ gen⁹ eorũ q̃ in caſtris manlianis ſũt q̃ iã etate ſũt cõfecti ſ; robuſti.

De ſylla i[illegible]lo viro.

Ponit q̃rtũ gen⁹ eorũ q̃ ex veteri debito & cõſuetudine longa ebetiores facti ſũt quorũ pui facienda eſt aïa.

permulti ex agris: ex vrbe se in illa castra conferre dicū-
tur: hosce ego nō tam milites acres: quam inficiatores le-
tos esse arbitror: q hoīes primū, si stare nō possūt, corru-
ant: sed ita vt non modo ciuitas, sed neq; vicini quidē ꝓ-
ximi sentiāt. Nā illud nō intelligo q̄obrem, si viuere ho-
neste non possunt: perire turpiter velint. Aut cū minore
dolore perituros se cū multis, quā si soli pereāt: arbitrē-
tur. Quintū genus est parricidarū, sicariorū, deniq; om-
niū facinorosorū, quos ego a Catilina non reuoco: nā ne-
q; diuelli ab eo possunt: & pereāt sane in latrocinio: qm̄
sunt ita multi: vt eos capere carcer nō possit. Postremū
aūt gen⁹ est non solū numero, verūetiam genere ipo, at
q; vita: qđ propriū est Catilinæ de ei⁹ delectu: imo vero
de cōplexu eius, ac sinu: quos pexo capillo nitidos. aut
imberbes: ante bñ barbatos videtis: manicatis: & talari-
bus, ac tritis tunicis, velis amictos: non togis: quoꝝ oīs
industria vitæ, & vigilandi labor in antealucanis cœnis
exprimitur. In his gregibus oēs aleatores, oēs adulteri
oēs iprobi, impudiciq; versant̄ hi pueri tam lepidi, ac de-
licati: qui nō solū amare, & amari, neq; cātare: & psalle-
re: sed etiam sicas vibrare, & spargere venena didicerūt
qui ni exeūt: ni pereunt, etiam si Catilina perierit: scito
te hoc in Rep. seminariū Catilinarium futurum. Verum
quid sibi isti miseri volunt? non suas secum mulierculas
sunt in castra ducturi? Quemadmodum illis carere po-
terunt, his præsertim iam noctibus? Quo autem pacto
illi appenninū, atq; pruinas, atq; niues pferēt? nisi iccir

Dr̄ perire turpit. i. cū dedecore reip. detrimēto sicut ei pulchrū est, ꝓpria mori ita turpeē cōtra eam succūbere ponit q̄rtū genus.

* pruina ex rore fit gelido dicta ē autē pruina q̄si perurina: q̄ fruges ac virgulta purat.

Appēnin⁹ mōs ē italie interse cans.

co se facilius hyemē toleraturos putāt: quod in cōuiuijs nudi saltare didicerūt. O bellū magnopere pertimescē- dum: cū hanc sit habiturus Catilina scortatorū cohortē Prætoriam: instruite nunc Quirit. contra has tam præ- claras Catilinæ copias, vestra præsidia: vestrosqꝫ exer- citus. Et primū gladiatori illi contecto, & saucio consu les, impatoresqꝫ vestros opponite. Deīde cōtra illā nau- fragorꝫ eiectā, ac debilitatā manū florē totius Italiæ, ac robur educite. Iā vero vrbes coloniarū, ac municipiorū respondebūt. Catilina tumulis Syluestribus, neqꝫ vero cæteras copias ornamēta vestra: præsidia cum illius la- tronis inopia: atque egestate debeo cōferre. Sed si omis- sis his reb⁹ oībus, nos qb⁹ suppeditamur eget ille Sena tu, Eqtib⁹. R. P. vrbe erario, vectigalibus: cuncta Italia: prouincijs omnib⁹ exteris nationib⁹: si his reb⁹ omissis ipas causas, q̄ inter se cōfligūt cōtandere velimus: ex eo ipo quā valde illi iaceant, intelligere possumus. Ex hac em̄ parte pudor pugnat: illinc petulātia: hinc pudicitia illinc stuprū: hinc fides: illinc fraudatio: hīc pietas: illinc scelus: hinc cōstantia: illinc furor: hinc hōestas, illinc tur pitudo: hinc cōtinētia: illinc libido. Deniqꝫ eqtas, tēpe- rantia, fortitudo, prudētia: virtutes oēs certāt cū iniqui tate, cū luxuria, cū ignauia, cū temeritate, cū vitijs oīb⁹ Postremo copiæ cū egestate. bona ratio cū perdita: mēs sana cū amētia: bona denique spes cū oīm rerum despe- ratione confligit. In huiusmodi certamine, ac prælio nō ne etiā si hoīm studia deficiant. Dij ipi īmortales cogāt

ab his

Alloquit quirites.

De catilina loqt cū dicit. eget

Reddēda sūt singl'a singl'is eq tas certat cū iiqtate leui penitētia cū luxuria forti tudo: cum ignauia prudentia cū temeritate.

ab his præclarissimis virtutibus tot & tanta vitia supe-
rari? Quæ cum ita sint Quiri. vos queadmodum iam an
tea vixi vestra tecta custodijs vigilijsq; defendite. Mihi,
vel vrbi sine vestro motu: ac sine vllo tumultu satis esse
præsidij consultũ ac prouisum est. Coloni omnes: muni
cipesq; vestri certiores a me facti de hac nocturna excu-
sione Catilinæ facile vrbes suas, finesq; defendãt. * gla
diatores quam sibi ille maximã manum, & certissimam
fore putauit quamquã meliore animo sunt: quã pars pa
triciorum potestate tamen vestra continebũtur. Q. Me-
tellus, quem ego prospiciens hoc in agrũ Gallicanũ prę
misi, Picenũq;: aut opprimet hoiem: aut omnes eius mo
tus, conatusq; prohibebit. Reliquis aũt de rebus consti
tuendis, maturandis: agẽdis iam ad Senatum referem⁹
quem vocari videtis. Nũc illos: qui in vrbe permãserũt:
atq; adeo contra vrbis salutem, omniũq; vestrũ in vrbe
a Catilina relicti sunt, quãquam sunt hostes: tamẽ quia
nati sunt ciues: monitos eos etiam atq; etiam volo. mea
lenitas adhuc si cui solutior visa est, hoc expectauit: vt id
quod latebat erumperet. Quod reliquum est, iam non
possum obliuisci: meam hanc esse: patriam me horum es
se consulem: mihi autem cum his viuendum, aut pro his
esse moriendum: nullus est portæ custos: nullus insidia-
tor viæ: siqui exire volunt: consulere si possunt: qui vero
in vrbe se commouerit: cuius ego nõ modo factum, sed
inceptum vllum, conatumve contra patriam deprehẽ-
dero: sentiet in hac vrbe esse cõsules vigilãtes esse egre

Coloni e-
rãt qui ex
act⁊ hosti-
bus mitte
bãtur ad
colendas
terras: ne
hostes re-
dirẽt i va-
cuas: mu-
nicipes e-
rãt q̃ i op-
pidis vici
nis degen
tes mũera
ac onera
vrbis com
portabãt:
et magi-
strat⁹ mi-
nores illic
gerebant
⁊ ad gẽrẽ-
dos maio-
res rome
pati erãt.
*Gladia
tores dicũ
tur gñalr
oẽs q̃ gla-
dijs pu-
gnãt ẽt di
scẽdi grã:
añq; in lu-
dũ produ-
cantur.

gios Magistratus: esse fortem Senatum, esse arma, e[t] carcerem: quem vindicem nefariorum, ac manifesto[rum] scelerum maiores nostri esse voluerunt, Atq[ue] hæc om[nia] sic agentur. Quiri. vt res maximę minimo motu peri[cu]la summa, nullo tumultu: bellum intestinum ac * domesticum post hominum memoriam crudelissimũ: & maximũ me vno togato Duce & imperatore sedetur. Quod ego sic administrabo Quir. vt si vllo modo fieri poter[it] ne improbus quidẽ quisquã in hac vrbe pœnã sui scele[ris] sufferat. Sed si vis manifeste audaciæ, si impendẽs p[a]triæ periculum me necessario de hac animi lenitate d[e]duxerint: illud profecto perficiam: quod in tanto, & in[si]dioso bello vix optandum videtur: vt ne quis bon[us] in[tereat]: paucorũq[ue] pœna vos omnes iã salui esse possit[is]. Quæ quidẽ ego neq[ue] mea prudẽtia, neq[ue] humanis cõ[si]lijs fretus polliceor vobis Quiri. sed multis non dub[iis] Deorũ immortaliũ significationibus: quibus ergo du[ci]bus in hanc spem, sententiam que sum ingressus Qui[ri.] non procul, vt quondam solebant: ab extero hoste: at[que] longinquo: sed hic præsentes suo numine atque auxil[io] sua templa, atque vrbis tecta defendent. Quos vos Q[ui]ri. precari: venerari, atq[ue] implorare debetis, vt quam v[r]bem pulcherrimam, florentissimam, potentissimam[que] esse voluerunt: hanc omnibus hostium copijs terra ma[ri]q[ue] superatis, a perditissimorum ciuium nefario scele[re] defendant.

Alloq[uitur] q[ui]rites res ei d[icit] maxima: q[uia] periculosissima i qua de salute ciuiũ icolumitate reipub. agitur.

*Domesticũ mõ significat quicq[ui]d ad domũ ptinet. vt domestice cu re. modo mãsuetũ[que] mite. Pli. Mite aial atq[ue] domesticum.

M.TVL.CICERONIS IN.L.CATI-LINAM.ORATIO TERTIA.





Empublicam. Qui. vitamq; omnium ve-strum, bona, fortunas, coniuges, liberosq; vestros, atq; hoc domiciliũ Clarissimi Imperij, fortunatissimã, pulcherrimãq; vrbe hodierno die Deorum immortaliũ erga vos summo amore, laborib⁹, cõsilijs periculisq; meis, ex flãma, atq; ferro, ac pene ex faucib⁹ fati ereptã, & vobis conserua-tam, ac restitutam videtis. Et si nõ minus nobis iucundi, atq; illustres sunt hi dies, quibus cõseruamur, quam illi quibus nascimur: quod salutis certa lætitia est: nascendi incerta conditio: & quod sine sensu nascimur: cum volu ptate conseruamur: profecto q̃m illum, qui hanc vrbem condidit Romulum ad deos immortales beneuolẽtia:

Hec tertia inuectiua marci tullij cicero nis in catilinã habita est ad q̃rites post manifestatã penit⁹ cõiurationem per allobrogũ legatos et volturciũ in senatu3 adductos cũ scriniis literarũ a

cõiuratis ſcriptaruʒ ꝛ ſignataꝝ vñ cũ ſenatu rediẽs cicero omnem rẽ exponit factuʒ ſuum magnifice extolit. * Mucro lʒ proprie gladium ſignificet: ponit tñ ꝓ cuiuſlibet teli acumine. Vergi. oſſa ſed inter ferreus ad coſtas alto ſtat vulnere mucro.

famaq; ſuſtulimus: eſſe apud vos, poſteroſq; veſtros in honore debet dies is, qui eãdẽ hãc vrbẽ conditã, amplificataq; ſeruauit: nã totis vrbis tẽplis, delubris, tectis bus ſubiectos ꝓpe iam ignes, circũdatoſq; reſtinximus. Item gladios in repu. diſtrictos retudimus: mucroneſq; eoꝝ a iugulis vr̃is reiecim⁹. Quæ qm̃ ĩ Senatu illuſtrata patefacta, cõperta ſunt ꝑ me: vobis iã exponã breuiter Quir. vt & quãta, & quã manifeſta: & qua rõne inueſtigata, & cõphẽſa ſint: vos, q ignoratis ex actis ſcire poſſitis prĩcipio vt Catilina paucis añ dieb⁹ erupit ex vrbe cũ ſceleris ſui ſocios, & huiuſce nefarij belli acerrimos duces Romę reliqſſet: ſẽp vigilaui, & ꝓuidi Quir. quemadmodũ ĩ tãtis, & tã abſcõdis ĩſidijs ſalui eſſe poſſemus. Nã tũ ex vrbe Catilinã eijciebã (nõ em̃ iã vereor huius verbi ĩuidiã: cũ illa magis ſit timẽda: ꝙ viu⁹ egreſſus ẽ) ſed tũ cũ illũ extermĩari volebã, aut reliquã cõiuratoꝝ manũ ſimul exiturã: aut eos, q remãſiſſent: ĩfirmos ſine illo, ac debiles putabã. Atq; ego, vt vidi, quos maximo furore, & ſcelere cẽ inflãmatos ſciebã eos eſſe nobiſcũ & Romę remãſiſſe: in eo oẽs dies, nocteſq; cõſumpſi: vt qd agerẽt: qd molirent̃: ſentirẽ: ac viderẽ: vt qm̃ aurib⁹ veſtris ꝓpter ĩcredibilẽ magnitudinẽ ſceleris minorem fidẽ faceret oratio mea: rẽ ita cõprehẽderẽ, vt tũ demũ animis, ſalutiq; veſtræ ꝓuideretis, cũ oculis maleficium videretis. Itaq; vt cõperi: legatos Allobrogũ belli Trãſalpini, & tumult⁹ Gallici excitãdi cauſſa a. P. Lẽtulo eſſe ſollicitatos: eoſq; ĩ Galliã ad ſuos ciues eodẽ itinere cũ

Deliberatio.

literis, mandatisq; ad Catilinã esse missos: comiteq; his De catilina loquit.
adiectũ esse Vulturtiũ atq; huic datas esse ad Catilinam
literas, facultatẽ mihi oblatã putaui: vt qđ erat difficilli
mũ: quodq; ego semp optabã a Diis ĩmortalib⁹: tota res
nõ solũ a me: sed etiã a senatu a vobis manifesto depre- De p̄toribus v̄ba facit ipos cõmendã do vt cãdidũ significet.
hẽderet. Itaq; hesterno die. L. Flaccũ, & Gn. Prõptiniũ
Prætores fortissimos atq; amãtissimos Rei. viros ad me
vocaui: rem oẽm exposui: quid fieri placeret ostẽdi. Illi
aũt q oĩa de Rep. præclara, atq; egregia sentirẽt: sine re
cusatiõe, ac sine vlla mora negotiũ susceperũt: & cum
aduesperasceret, occulte ad pontẽ Miluiũ puenerunt:
virginũ Vestaliũ: luctus, ac mœros miserabilis vniuersæ
ciuitatis. Quæ si vobis, vt sunt: indigna atq; ĩtolerabilia
videnᷓ: nõ iniquum erit autores horum malorum mul-
tare teterrimis supplicijs: clademq; omnium crudelissi-
mam e visceribꝰ Reip. ꝓpulsare. Tenetis exempla maio

hortẽsius grauissimus orator erat

Cum dicit nouistis facinꝰ inauditũ hoc ẽ q̃tũ oẽs q̃ viuũt memoria cõplecti posse. callide asserit qđ ꝓbare debeat.

Cum dicit cuiꝰ acerbitatẽ. exagerat crudelitatem facinoris ipiuscati line ad cõcitãdos iudices i. eũ Uirgines vestales dicunᷓ moniales.

Nō ꝑ cōsideratione sumitur.

rum atq; omniū gentium autoritatem: qui semper summas, & singulares pœnas in eo genere hoīm consumendas esse putauerūt; q rationes habuissent aut ꝓdēdæ patriæ: aut opprimēdæ publicę libertatis. Nihil igitur erit impedimēto: quin audaciā crudelissimi hoīs Catilinæ: crudelissimo genere suppliciorū expietis: & vltionē ex illoꝝ cruciatib⁹, ac pœnis capiat Resp. quorū erat cōflagratura manib⁹: nisi sāctissimi imperij romani custodes ac vindices Dij īmortales nefarijs votis obstitissēt. Credite iudices hodierno die cōsurrexisse vniuersam vrbē conspecturā ex iudicio vestro: planeq; animaduersurā quid in posterū de salute sua, deq; facultatib⁹ suis sperādum sit: Credite item vim vniuersam flagitiosæ iuuentutis: aut hodierno Catilinæ supplicio simul cōficiendā fore: aut illius liberatione lætā: atq; exultātem: nō multo post in oīm nostrū pniciem vna cū illo celerrime consurrecturā. Agit̄ siquidē hodierna vestra sentētia de salute huius pulcherrimæ: atque optime ciuitatis; de stabilitate imperij romani: de legū incolumitate, de libertate ciuiū, de pudicitia liberorū, ac coniugum vrāꝝ. Hui⁹ ēm pestis idem scelus erat vt nō grassaturū p capita paucorū: sed tanquā atrocissima vis veneni per oē corpus vrbis demanaturum: quod scelus, aut quā pestē si vindicandū esse censebitis: vt reor, & Respu. desiderat: putate profecto Deos immortales, & in primis Capitolinū Iouē sempiternū custodem: ac vindicem huius imperij ꝓ liberatis eorum templis, ac cerimonijs gratias nobis

argute expectatione plebis affert ne iudices cōtra eū catilinā absoluāt ɔficiēdū fore cū dicit credite.

Cū dicit agit̄ siqdē grauiter. docet q̄nti momēti iudicū snia.

Juppiter capitolin⁹ dr q in capitolio colitur

amplissimas esse reddituros: putate pariter idem factu-
ram esse curiā pro defensa cōsulum vita, seruataq; Sena
torij ordīs dignitate: putate matronas vrbis, ac liberos
nostros obseruatā pudicitiā: supplices ac cōgratulātes
vniuersos ad genua vestra sese obuersaturos fore: puta-
te virgines vestales, atq; ipsam maiestatē amplissimi nu
minis ob liberationē suam: summa vobis lætitia cōgra-
tulaturam: putate deniq; ciues oēs, ob retentā vitam ac
libertatē suā: penates publicos pro conseruatis *focis
atq; aris: parietes vrbis ꝑ teterrimo genere vastitatis ꝓ
pulsato: ferme incredibili gaudio exultaturos: putate
tādē hodierno iudicio patū eē vobis, aut īmortale dede
cus aut mēoriā noīs sempiternā. Multa sunt eqdē ī hac
vita, que turpiter ac calamitose neglecta, restitutionē tñ
quandā quodāmodo patiant̄: hui⁹ vero vindicādi scele-
ris: si presentē facultatē neglexeritis: frustra postea re-
cuperāde copiā quæretis, aut hodie vobis ꝓpulsanda ē:
e visceribus Reip. pestifera vis calamitatis, aut ipi priæ
sine dubio cōcidendū: vtrum eligendū sit: vos videritis
Quid estis iudices humanitate tāta, ne secordia dicam:
vt eorū vitam: ac spiritū diutius in Rep. cōmorari patia
mini? q vitæ, salutiq; ciuiū crudeliter insidiati sunt. pre
ponite vobis ante oculos, ac meditatiōe crebra reuolui
te diem illum nefarium: quo salus oīum ciuiū, quo facul
tates nostre, quo ipa respu. peritura fuerat. Quando sci
licet aspergissemus bestias istas emissas carceribus p vr
bem oēm, per domos nrās furialiter exultantes, ipmq;

cerimonie dñr sacrificiorū mysteria ꝛ obſuationes

* Foci loci ī qb⁹ lares colebā tur. et ignes fouebant. in domo ꝑuata

De his q̄ sūt in vita neglecta.

Ciues dñr donati ciuitate aut q in ea nati sunt.

imprimis miserandi facinoris Ducē, ac principē Catili-
nā cōfirmatū hoc iudicio spe plenū, letitia gestiētē: nūc
hos ad cædē nostrā, nūc illos ad rapinā atq; inflāmatio-
nē ædiū deuocantē: cōiuges e cōplexib' nostris ad libi-
dinē victorū raptæ fuissent liberi ad stupra de gremijs
parētū extorti: pręciosa suppellex asportata: tecta cōfla
grassent ignib': corpora cesa passim iacuissent: oīa deni
q; gemitu, fletuque redūdassent. Hæc fuisset imago mi
serrimæ vrbis: quā vrbē a maiorib' nostris florentissimā
accepim': & si prohibueritis claram: atq; excellentē po
steris nostris tradituri sumus: per humanitatē deniq; ve
strā vos obtestor, atq; obsecro iudices: per amorē hui'
pulcherrimæ atq; inuictissimæ vrbis: per omnia quæ vo
bis iucundissima sunt in vita: prouidete iterū atq; iterū
ne liberati quōdā tot amplissimis bellorū periculis, tot
imminentib' malis erepti: nūc per ignauiā nostram, ac
desidiam periclitemur: eripite vitam ciuiū miserāda cru
delitate: ꝓhibere penates vestros a nefarijs ignib' serua
te pudicitiā necessitudinū vestrarum, a teterrimis vexa
tionibus. liberate templa deorum a tristibus rapinis: sub
trahite fortunas publicas ab indigna direptione: ꝓtegi
te magistratus vestros ab inaudita feritate: defendite de
nique vniuersam vrbē ab hoc inusitato prorsus, & tri-
stissimo genere calamitatis.

De catilina loquit.

Imago ꝓ facie vel aspectu capitur.

ORATIO LEPIDI CON. AD POPVLVM RO. EX LIBRIS HISTORIARVM. C. CRISPI SALLVSTII.



920



Lemētia, & ꝓbitas vestra Quirites: quibꝰ ꝑ cæteras gētes maximi, & clari estis: plurimū timoris mihi faciūt aduersus Tyrānidem. L. Syllæ. Necꝙ ipsi non æstimātis ea parū credēdo de alijs circūueniamini: ꝓsertim cū illi spes omnis in scelere, atꝙ ꝑfidia sit: necꝙ se aliter tutū putet: quā si peior, atꝙ; itestabilior metu vestro fuerit quo captiuis libertatis curā miseria eximat: aut si ꝓuideritis ī tutādis periculis magis quā vlciscēdo teneamini. Satellites qdē hoīes maximi nominis nō minꝰ optimis maiorū exēplis: nequeo nō satis mirari: q dn̄atiōis ī vos seruitium suū: mercede dant: & vtrūꝙ per iniuriam malunt: quam optimo iure liberi agere. Præclara Brutorꝝ, atꝙ Gemiliorꝝ, & Luctariorum proles genti ad ea, quæ

Hec oratio seu cōcio ad populum est marciemilijlepidi ꝯsulis ad populum romanū ꝗ dese vt de alio infine locuturus est vbi secō mēdat: dehortaẗ aūt populum a factione sille ꝛ vt libertatē se preside vēdicet.

Pirrh⁹ epirotharꝫ rex de gñe eacidarꝫ q̃ cũ rõanis bellũ gessit potiũdi iperij causa.

maiores virtute pepererẽ subuertẽda. Nã quid a pyrrho Hãnibale, Philippoq̃, & Antiocho defensum est aliud quã libertas, & suę cuiq̃ sedes: ne cui nisi legib⁹ pareremus, q̃ cũcta sæuus iste Romulus quasi ab externis rapta tenet non tot exercituũ clade, neq̃ Cõ. & aliorꝫ pricipũ: quos fortunæ belli cõsumpserat satiat⁹. Sed tũ crudelior, cũ plerosq̃ secũdæ res in miseratione ex ira vertũt quin sol⁹ oĩm post memoriã hoĩm supplicia in post futuros cõposuit, qs prius iniuria, quã vita certa esset: prauissimeq̃ ꝑ sceleris ĩmanitatẽ adhuc tut⁹ fuerit: dum vos metu grauioris seruitij a repetenda libertate terremini? Agendũ, atq̃ obuiã eundũ est. Quir. ne spolia vestra penes illos sint. Nõ ꝓlatãdũ, neq̃ votis parãda auxilia: nisi forte speratis ꝑ tediũ iã: aut pudorẽ * Tyrãnidis esse cũ ꝑ scelus occupata periculosius dimissurũ. At ille eo ꝓcessit: vt nihil gloriosum nisi tutũ: & oĩa retinendæ dominationis honesta æstimet: itaq̃ illa quies, & otium cũ libertate quã multi ꝓbi potius quã laborẽ cũ honoribus capessebãt nulla sunt: hac tẽpestate seruiendũ, aut imperitãdũ: habẽdus metus est, aut faciẽdus. Quir. Nã quid vltra? Quæve humana superãt, aut diuina impolluta sunt? Populus Ro. Pauloãte gentiũ moderator exutus ĩperio, glŕia iure, cogitãdi inops despectusq̃: ne seruilia qdẽ alimẽta reliqua habet. Sociorꝫ, & latij magna vis ciuitate ꝓ multis, & egregijs factis a vobis data per vnũ ꝓhibent: & plebis ĩnoxiæ patrias sedes occupauere: pauci satellites mercedẽ scelerꝫ, leges, iudicia ærariũ

hannibal carthaginẽsiũ dux.

* Tyrannis a tyranno dr̃ estq̃ seuũ ac violẽtũ impiũ

Philipp⁹ macedonũ rex.

Anthioc⁹ rex syrie.

Seruilia dicunt ea q̃ seruis singulis mẽsibus distribui solẽt.

prouinciæ:reges penes vnũ deniq; necis ciuiũ, & vitę licentia, simul humanas hostias vidistis, & sepulchra infecta sanguine ciuili. Est ne iuris reliqui aliud quã soluere iniuriã, aut mori per virtutẽ? Quoniã quidẽ vnum omnib⁹ finẽ natura vel ferro sæptis statuit. Neq; quisquam extremã necessitatẽ nihil ausus nisi muliebri ĩgenio expectat. Verũ ego seditiosus vti Sylla ait, q̃ præmia turbarũ q̃ro, & bellum cupiẽs, quia iura pacis repeto, scilicet quia nõ aliter salui, satisq; tuti in ĩperio eritis: nisi vectius Picẽs: & scriba Corneli⁹ aliena bene parta ꝓdegerint. nisi approbaueritis oẽs ꝓscriptiones innoxioꝝ ob diuitias cruciatus viroꝝ illustriũ vastatã vrbẽ fuga, & cædibus, bona ciuiũ miseroꝝ quasi cimbricã prædã venũ, aut dono datã. At obiectat mihi possessiões ex bonis ꝓscriptoꝝ: quod quidẽ scelerum illius vel maximũ est. Non me neq; quẽquã omniũ satis tutũ fuisse, si recte faceremus: atq; illa quantũ formidine mercatus sum precio soluto iure dominis tamen restituto. Neq; pati cõsiliũ est, vllam ex ciuib⁹ prædã esse. Satis illa fuerint, quę rabie contracta tollerauimus. Manus cõferentis inter se Romanos exercitus, & arma ab externis in nosmetversa sceleꝝ, & cõtumeliatum oĩum finis sit: quorum adeo Syllam nõ pœnitet: vt & facta in gloria muneret: & si liceat, auidius faceret. Neq; iam quid existimetis de illo, sed quantum vos audiatis, vereor. Ne alius alium principem expectantes ante capiamini: nõ opib⁹ ei⁹, quæ futiles, & corruptæ sunt: sed vestra secordia, quã raptũ iri

penes vnũ d. i. ĩ potestate vnius sc3 sille.
Licentia mala ꝑmissio d.
Quid ait silla.
* prodigo mõ protẽdo ꝛ p̄ter mõstro significat: vñ ꝓdigia dicta: mõ ꝯsumo: a q̊ ꝓdigus luxuriosus ꝛ bona sua cõsumẽs.
Cimbrica p̄da d. p̄da sumpta a cimbris sũmis hostibus.
De silla illo viro.

licet: & quã audeat, tã videri fœlicem. Nã præter satelli tes cõmaculatos: quis eadẽ vult: aut qs nõ omnia muta ta? præter victoriã: scilicet milites: quorꝫ sanguine Tar læ? Scirtoqꝫ pessimis seruorũ diuitiæ partæ sunt, an qui bus prælatus in magistratibus cãpiendis fucidi⁹ ancill turpis, bonorꝫ omniũ dehonestamentũ. Itaqꝫ maxim mihi fiduciã parit victor exercitus: cui per tot vulner & labores mihi præter tyrãnũ quæsitũ est: nisi forte tri bunitiã potestatẽ euersum ꝑfecti sũt per arma cõdita maioribus suis: vtiqꝫ iura, & iudicia sibimet extorque rẽt, egregia scilicet mercede: cũ relegati ĩ paludes & sil uas ĩ cõtumeliã atqꝫ inuidiã suã ꝑmia penes paucos int ligerent. Quare igit̃ tanto agmine, atqꝫ animis incedit quia secundæ res miræ sunt vitijs obtentui: quibus lab factis, quã formidat⁹ antea est: tam cõtẽnetur: nisi forte spe cõcordiæ & pacis, quæ sceleri & parricidio suo no mina indidit. Neqꝫ aliter. R.P. & belli finem ait: nisi ma neat expulsa agris plebs: præda ciuilis acerbissima, ius iudiciũqꝫ oĩm rerũ penes se: qđ populus Ro. fuit: quæ si vobis pax, & cõcordie ĩtelligũtur, maxima turbamen ta Reip. atqꝫ exitia: ꝓbate: annuite legib⁹ ĩpositis. Acci pite otiũ cũ seruitio: & tradite exẽplũ posteris ad Ro manũ Po. suimet sanguinis mercedẽ circõueniendam. mihi quãquã per hoc summũ imperiũ satis quæsitum erat Nomini maiorum dignitati. atqꝫ etiam præsidio: tame nõ fuit cõsiliũ priuatas opes facere: potiorqꝫ visa ẽ peri culosa libertas qeto seruitio. quę si ꝓbatis, adeste quir

Tarula et Scirth⁹ nomina seruorꝫ tunc notissimorum.

Fiducia ĩ bona parte cõfidentia in malã: vt iquit seruius.

Ocium aliqñ est studiũ: aliqñ vacatio a labore.

& bene iuuantibus Dij s. M. Aemilium conf. ducem, & auctorem sequimini ad recipiendam libertatem.

ORATIO PHILIPPI. IN SENATV.

020/91





Axime vellē. P. C. Rēp. quietā esse aut ī periculis a prōptissimo quoq; defendi: deniq; parua incœpta consultoribus noxe esse sed contra seditionibus oīa turbata sunt & ab ijs, quos prohibere magis decebat. Postremo q̄ pessimi, & stultissimi decreuere: ea a bonis, & sapientibus facieda sūt: nā bellū, atq; arma, quāquā vobis inuisa: tamē quia Lepido placēt: sumēda sunt: nisi forte, cui pacē prestare, & bellum pati consilium est. Proh Dij boni, qui hanc vrbem omissa cura adhuc regitis. M. Aemilius

hec oratio philippi i senatu superiori videt affinis naz lepidi sniam maximopere iprobat: & obeaimar cū emiliuz inuehitur

oīm flagitiosoꝝ postrem⁹,qui peior an ignauior sit:de
liberari nō pōt:exercitū opprimēdæ libertatis habet:et
se contempto metuendū efficit.Vos mussantes & retra

Quō ꝯsulatū adeptus est.

ctantes verbis,& vatū carminib⁹ pacem optatis magis,
quā defenditis?Neq; ītelligitis mollitia decretoꝝ vobis
dignitatem,illi metū detrahi,atq; id iure:qm̄ ex rapinis
cōsulatū: ob seditionē ꝓuinciam cū exercitu adept⁹ est.
Quid ille ob benefacta cœpisset: sceleribus tanta ꝓmia

Pacē metu repetētes dnr q pacē ꝓpt metū petūt ꝑ quē metū amiserāt pacē habitā: q: nec meticulosi apparuissēt: si null⁹ eis īfestus fuisset.

tribuistis?At scilicet,eis qui ad postremum vsq; legatos
pacem,concordiam, & alia huiuscemodi decreuerunt
gratiā habeo pepisse:immo despecti & īdigni Reip.ha
biti prædeloco æstimātur.Quippe metu pacem repetē
tes quo habitā amiserāt.Equidē a principio cū Hetru
riam cōiurare,ꝓscriptos accersiri: largitionibus Rēp.
lacerari videbā:maturandū putabā:& Catuli cōsilia cū
paucis secutus sum.Cæteꝝ illi,q gētis Aemiliæ bn̄facta
extollebāt:& ignoscēdo ppl'i Ro.magnitudinē auxisse
nusq; etiā tum Lepidū ꝓgressum aiebāt:& cum priuata
arma opprimēdæ libertatis cœpisset:sibi quisq; opes pa

*calones appellant q ligna militib⁹ portabant.

trocinia quærendo consiliū publicū corruperunt. At tū
men erat Lepidus latro cum * Calonib⁹,& paucis Sica
rijs quorū nemo diurna mercede vitā mutauerit:nūc est
procōsul cū īperio nō empto:sed dato a vobis:cū lega
tis adhuc iure parētib⁹:& ad eū cōcurrere hoīes oīm or
dinū corruptissimi flagrātes īopia:& cupiditatib⁹ scele
rū cōsciētia exagitati:qbus quies ī seditioīb⁹: ī pace tur
bæ sūt:hi tumultū ex tumultu,bellū ex bello serūt,satur

nini olim

nihi olim:postSulpitij deĩ Marij,Damasiq̄ nũc Lepi di Satellites:ꝑterea Hetruria.atq̄ oẽs reliq̄e belli at= recte Hispanię armis sollitatę.Mithridates ĩ latere ve ctigaliũ nr̃oꝝ:qb⁹ adhuc sustẽtamur:diẽ bello circũ= spici:quin ꝑter idoneũ ducẽ nihil abest ad subuertẽ= dũ ĩperiũ.Qd' vos oro,atq̄ obsecro.P.C.vt aĩaduer= tatis:ne patiamini licentiã scelerũ:quasi rabiẽ ad int^e^ gros ꝓcedere:nã vbi Malos pręmia sequunt̃ haud fa cile quisq̄ gratuito bon⁹ est.an expectatis dũ exerci tu rursus admoto ferro,atq̄ flãma vrbẽ inuadat:qd' multo ꝓpius est ab eo quo agitat statu:quã ex pace, & cõcordia ad arma ciuilia:quæ ille aduersum diui= na & hũana oĩa cœpit.Nõ ꝑ sua aut quoꝝ simulat in= iuria.Sed legũ,ac libertatis subuertẽdæ:augit̃ eñ ac lacerat̃ animi cupidine:& noxarũ metu expers,cõsi= lij inges:hęc atq̄ illa tentãs metuit otiũ:odit bellũ.Lu xu,atq̄ licẽtia carẽdũ videt:atq̄ interĩ abutit̃ vestra secordia.Neq̄mihi satis cõsilij est metũ,an ignauiam an demẽtiã eã appellẽ:qui videmini ĩ ẽta mala quasi fulmẽ optare:se q̄sq̄ ne attĩgat.Sed ꝓhibete ne cona ri q̄dẽ: & queso cõsiderare:quam cõuersa rerũ natu ra sit:ãtea malũ publicũ occulte:auxilia palã ĩstruebã tur:& eo boni malos facile anteibãt.Nũc pax,& con cordia disturbãt̃ palã:defẽdunt̃ occulte:quib⁹illa pla cẽt:ĩ armis sunt:vos ĩ metu.Quid expectatis:nisi for te pudet:aut piget recte facer̃:an Lepidi mãdata aĩos mouẽt?qui placere ait:sua cuiq̄ reddi & aliena tenet.

Luciusda ma ꝑtorex iussu ma= rij oẽs no= bilitatẽ q̃ ĩ vrbe erat trucidauit

Propi⁹ cõ patiuus a prope.

Cũ vr con uersa ꝑmu tata ⁊ sic de alijs adde notandũ ꝙ malum publicum occulte in struebat: ꝗ palã in struere nõ audebant

Rescidi. i: dissolui.

Hortatio.

Belli iura rescīdi: cū ipe armis cogat ciuitatē cōfirmari, q̄ a adeptā negat: cōcordię grā tribunitiā ptātē restitui. ex qua oēs discordię accēse pessime oīm atq; impudētissime tibi ne egestas ciuiū: & luct⁹ curæ sūt: cui nihil est domi: nisi armis partū, aut p iniuriā? Alter̄ cōsulatū petis: quasi primū reddideris: bello cōcordiā q̄ris: quo parta disturbat̄: nr̄i pditor: istis inuid⁹: hostis oīm bonor̄: vt te neq; hoīm, neq; deor̄ pudeat: quos pfidia: aut piurio violasti: qui qn̄ talis es, maneas ī sētētia: & retineas arma. Te hortor: neu platādis seditionibus inq̄es ipe: nos ī solitudīe attineas: neq; te puinciæ, neq; leges, neq; Dij penates ciuē patiūtur. perge qua cœpisti: vt qua maturissime merita inuenias. Vos aūt. P. C. quousq; cūctādo Remp, intutā patiemini & verbis arma tētabitis: delect⁹ aduersum vos habiti: pecuniæ publicæ, & priuati extortæ. p̄sidia deducta atq; īposita: ex libidine leges īperant̄. Cū īterim vos legatos, & decreta paratis: & quāto me hercule auidi⁹ pacē petieritis: tāto bellū acri⁹ erit: cū ītelliget se metu magis: quā ī ęquo: & bono sustētatū. Nā q turbas & cędē ciuiū odisse ait: & ob id armato lepido vos *inermes retinet: quæ victis toleranda sunt: ea cum facere possitis potiamini potius cēset: ita illi a vobis pacē vobis ab illo bellū suadēt: hæc si placēt: si tanta torpedo aīos opp̄ssit: vt obliti sceler̄ Cinnæ: cui⁹ ī vrbē reditu dec⁹, atq; ordīes oēs īterierūt Nihilomin⁹ vos, atq; cōiuges, & liberos lepido pmissuri sitis: qdop⁹ decretis?

Cinna et mari⁹ cum carbone & sertorio ianiculū occupauerūt & fugati ab octauio cōsule r̄cesserūt: q̄ post ea ī vrbē recepti rapinis vastauerūt.

*Inermes mō qui armatus nō ē mō q̄ supplex orat: qd ex historia tractū est: q̄ q se dedūt inermes supplicāt.

quid auxilio Catuli: q̄n is, & alij boni rēp. frustra cu rant Agite vt libet. Parate vobis Cethegos, atq; alia proditorū patrocinia: qui rapinas: & incēdia instau rare cupiunt: & rursum aduersum Deos penates ma nus * armare. Seu libertas, & bella magis placēt: de cernite digna noīe: & augere ingenium viris fortib⁹ adest nouus exercitus: & ad hoc coloniæ veterū miliū nobilitas oīs, duces optimi. Fortuna meliores sequit̃ Iam illa quæ secordia nostra collecta sunt: dilabentur Quare ita censeo: qm̄ Lepidus exercitū priuato con silio paratum cū pessimis: & hostibus. Reip. contrahit ordinis auctoritatē ad vrbem ducit: vti Ap. Claudius interrex cum. Q. Catulo pro cōsule, & cæteris, qui bus imperium est: vrbi presidio sint: operam dent: ne quid Respu. detrimenti capiat.

* Armareē armis instruere. Vergilius Tūc quoq; fas nobis gratos armare. fuisset. More lepidi illi⁹ viri

ORATIO. C. COTTAE CONSVLIS. AD POPVLVM.




Virites multa mihi pícula domi, militiæ multa aduersa fuere: quorũ alia toleraui ptim repuli Deorũ auxilijs & virtute mea, inq̃ his oĩb⁹, neq̃ aĩus negocio defuit, neq̃ decretis labos, malæ, secũdæq̃ res opes, nõ ingeniũ mihi mutabãt. At cõtra ijs miserijs cũcta me cũ fortuna deseruere. Præterea senect⁹ p se grauis curã duplicat: cui misero acta iã ætate, ne mortẽ quidẽ honestã spare licet. nã si parricida vestri sum: & bis genit⁹ hic, Deos penates meos, patriãq̃, & summũ imperiũ vilia habeo: q̃s mihi viuo cruciat⁹ satis ẽ: aut q̃ pœna mortuo? Cũ oĩa memorata apud inferos supplicia scelere meo vici: a prima adolescẽtia in ore vestro priuatim & ĩ magistratib⁹ egi: q̃ lingua, q̃ cõsilio meo: q̃ pecunia voluere: vsi sunt: neq̃ ego callidã facũdiã: neq̃ ingeniũ ad male faciendũ exercui: auidissimus priuatæ gratiæ: maxĩas inimicitias pro rep. suscepi: qui vict⁹ cũ illa simul, cũ egens alienæ opis plura mala expectarem. Vos Quirites rursus mihi patriã, Deos penates cũ igẽti dignitate dedistis: p q̃b⁹ bñficijs vix satis gratus videar: si singulis aĩam: quã nequeo: concessẽrim Nam vita, & mors iure naturę sunt: vt sine dedecore cũ ciuib⁹: fama, & fortunis integer agas: id dono datur: atq̃ accipit. Cõsules nos fecistis. Quirites: domi, belliq̃ ĩpeditissima rep. Nãq̃ ĩpatores Hispaniæ stipẽdiũ milites: arma frumẽtũ poscũt: & id res cogit: quoniã defectiõe socio cũ, & Sertorij per mõtis iuga: neq̃

Hec oro dicaũ cotte cõsulis qui postq̃ ab eo male pugnatũ erat et rursus ĩ ciuitate recept⁹ hãc orõnẽ habuit: i qua cõmiseratione p̃ sui ex infortunio suo et volũtaria denouatione iplorat

Alloquit q̃rites rei gerẽde difficultatẽ ostendẽs

fuga:neq̃ manu certare possũt:neq̃ vtilia parare: exercit⁹ ĩ Asia, Ciliciaq̃ ob nimias opes Mithridatis alũtur. Macedonia plena hostibus est:nec min⁹ Italiæ maritima, & prouinciarũ cũ interim vectigalia parua, et bellis incerta:vix partẽ sũptuũ sustinẽt:ita classe, qua cõmeatus vehebatur, minore q̃ antea nauigam⁹:hec si dolo, aut secordia nostra cõtracta sũt: agite vti libet & ita suppliciũ sumite:sin fortuna cõmunis asperior ẽ:q̃re ĩdigna vobis, nobisq̃, de rep. ĩcipitis? atq̃ ego cuius ætati, mors ꝓprior est, nõ deprecor, si q̄d ea vobis incõmodi demitur:neq̃ mox ingenuo corpori honestius, quã pro vestra salute finẽ vitæ fecerim:adsum En. C. Cotta Cons. facio:quod sæpe maiores a'pis bellis fecere:voueo:dedoq̃ me ꝑ Rep. quã deinde cui mãdetis:circũspicite. Nã talem honorẽ bonus nemo volet:cũ fortunę, & pacis, & belli ab alijs acti ratio reddenda:aut turpiter moriendũ sit:tantũmodo in aĩs habetote:nõ me ob scelus:aut auaritiã cæsum:sed volentem pro maxĩs beneficijs aĩam dono dedisse: per vos igitur. Quirites, & gl'iam maiorꝝ precor:tolerate aduersa, & cõsulite Reip. Multa cur A sũmo imperio inest:multi ingẽtes labores, quos nequicq̃ abnuitis: & pacis opulẽtiã quæritis:cũ oẽs ꝓuinciæ, regna, maria terreq̃ aspera, aut fessa bellis sint.

De macedonia.

Excusatio cotte atq̃ bũilia io.

Nõ ẽ cesum eo q̃ tã celus s t sꝫ si decreuerũt pro republica cedẽdũ ẽẽ.

ORATIO MACRI TRI. PL. AD PLEBEM.

278



Hec oro i scribitur. Macri tribuni plebis. Sz cũ sint multi tribuni plebis hoc noie nõ facile cõstat cuiusnã sit nisi φ q̃ i fillã dicit sub illius dñatione vixerit q̃ri tes em̃ alloquitur.



I Quir. patrũ existimaretis, quid inter ius a maioribus relictũ vobis, & hoc a Sylla paratum seruitium interesset: multis mihi disserendum fuisset: docendũq;, quas ob iniurias, & quoties a patribus armata plebes secessisset: vtiq; vindices parauisset, omnis iuris sui Tribunus Pl. nunc hortari modo reliquũ est: & ire primũ via, qua capessandam arbitror libertatẽ: neq; me preterit, quãtas opes nobilitatis solus impotens inani spem magistrat9 pellere dñatione incipiat: quantoq; tutius factio noxiorum agat: q; soli innocẽtes: sed preter spem bonã ex vobis (qui metũ vicit) statui certaminis aduersa p libertate potiora esse forti viro: quã oĩno nõ certauisse quãq; oẽs alij creati p iure vr̃o vim cunctã, & iperii sua gratia, aut spe, aut premijs in vos cõuertere: meliusq; habent mercede delinquere, quã gratis recte facere. Itaq; oẽs concessere iam in paucorũ dñationem

qui per militare nomē, ærariū exercit⁹, regna, ꝓuincias, occupauere: & arcē habēt ex spolijs vr̄is: cū interim more pecoꝝ vos multitudo singl'is habēdos, fruēdosq̄ præbetis, exuti oīb⁹, quæ maiores reliq̄re: nisi quia vosmetipsi p * suffragia, aut præsides olim: nūc dn̄os destinatis. Itaq̄ cōcessere illuc oēs: & mox si vestra receperitis: ad vos pleriq̄ (rarus em̄ aīus ē ad ea q̄ placēt defēdenda) cætera validioꝝ sunt. An dubiū hētis, ne officere q̄d vobis, vno aīo ꝑgētib⁹ possit quos lāguidos, secordesq̄ ꝑtimuere? nisi forte. C. Cotta ex factiōe media Cos aliter, q̄ᵐ metu iura q̄dā. TR. PL. restituit: & q̄ᵐq̄ᵐ. L. Cincius prim⁹ de ꝑtāte. TR. loq̄ ausus, mussantib⁹ vobis circūuent⁹ erat: tn̄ pri⁹ illi inuidiā metuere: quā vos iniuriæ ꝑtesum ē q̄d ego neq̄o satis mirari. Quir. Nā spē frustra fuisse ītellexistis Sylla mortuo: q̄ scelestū īposuerat seruitiū: finē mali credebatis: ort⁹ ē longe sæuior Catul⁹, tumult⁹ intercessit Bruto, & Aemilio Mamerco Coss. Deī. C. Curio ad exitiū vsq̄ īsontis tribuni dn̄at⁹ ē. Lucul⁹ supiore āno quātis aīs ierit ī. L. Quintiūvidistis. quātæ deniq̄ nūc mihi turbe cōcitant̄: q̄ ꝑfecto incassum agerent̄ si prius, quā vos seruiēdi finē, illi dn̄atiōis facturi erāt. Præsertī cū his ciuilib⁹ armis dicta alia. Sed certatū vtriq̄ de dn̄atiōe ī vobis sit. Itaq̄ cætera ex licētia, aut odio aut auaritia ī tp̄s arsere: ꝑmāsit vna res mō q̄ vtriq̄ q̄sita ē: & erepta ī posteꝝ vis tribunitia: telū a maiorib⁹ libertati ꝑatū: q̄d ego vos moneo q̄soq̄, vt aīaduerta

Similitudo de pecoribus.

* Suffragiū mō significatau xiliū: mō voces illas q̄ dicebant̄ incomitijs: ꝛ in tabellis q̄ scribantur q̄b⁹ vnusq̄sq̄ volūtatē suāde aliquo in magistratū eligēdo d̄clarabat

Dubiū habeat necne querit.

De silla mortuo loquitur.

De quintio loquit̄.

De otio hoc noie qđ hic seruitiũ significat.

tis neu noĩa rerũ ad ignaniã mutantes, otium ꝓ serui tio appelletis:quo iã ipo frui si vera,& honesta flagi tiũ superauerit,nõ est cõditio:fuisset si oĩno qescetis nũc aĩm aduertite: & nisi viceritis,qm̃ oĩs iniuria gra uitate tutior est:arctius habebũt.Quid cẽses igit̃,ali quis vestrũ subiecerit?primũ oĩm omittendũ morem hũc,qua agitis impigræ linguæ: animi ignaui: nõ vl tra ✱ cõtionis locũ memores libertatis:deinde nevos ad virilia illa vocẽ:quo tribunos plebei mõ pr̃itiũ ma gistratũ.Libera ab autorib⁹ pr̃itijs suffragia maiores vestri parauere:quamuis,Quir.in vobis sit.& q̃ iussa nunc ꝓ aliis toleratis.ꝓ vobis agere:aut nõ agere cer te possitis.Iouẽ,aut aliũ quem Deũ consultorẽ expe ctatis:magna illa consulũ impia:& patrũ decreta vos exequẽdo rata efficitis.Quir.vltroq̧ licẽtiã in vos au ctũ:atq̧ aditũ ꝓperatis:neq̧ ego vos vltũ iniurias hor tor magis vt requiẽ cupiatis neq̧ discordias:vt illi cri minant̃:sed earũ finẽ volẽs iure gentiũ res repeto:& si ptinaciter retinebũt:nõ arma:neq̧ secessionẽ tãtũmõ sed nec ampli⁹ sanguinẽ vr̃m præbeatis,cẽseo:gerãt habeãtq̧ suo modo imperia: quærãt triumphos. Mi thrida tẽ,Sertoriũ,& reliquias exulũ persequant̃ cũ imaginib⁹suis:absit periculũ,& labor,qb⁹ nulla pars fruct⁹ẽ:nisi forte repẽtina ista frumẽtaria lege munia vestra pensant̃:cũ tamen q his modis libertatẽ oĩum æstimauere:hi pfecto nõ amplius possunt alimẽtis ca rere:nãq̧ illis exiguitate mors ꝓhibet̃. Senescunt vl

Sẽsus ꝗ̃to qeuetiore mẽtior ẽ iniuria infe rẽda tãto tutior est.

✱Concio ẽ multitudo ppl̃i cõgregata ad audiendũ aliquẽ orõẽ ꝓ vtilitate cõi: ꝓpter qđ ⁊ loc⁹ ipse concio appellat̃ ⁊ ipsa oratio.

Hortatio. de mithridate rege põti ⁊ summo hoste ppl̃i romani.

res: sicut neq; absolui cura familiaritatē pua res possit At & ignauissimi qq; tenuissima spe frustrant: quæ tñ q̄uis ampla qm̄ seruitij prætiū ostentarēt: cui⁹ torpedinis erat decipi: & vrar rerū vltro iniuria gratiā debere. Nāq; alio modo neq; valēt ī vniuersos: neq; conabunt. Cauēdus tñ dolus est. Itaq; simul cōparāt delinimēta: & differūt vos in aduentū. Gn. Pom. quē ipsum vbi ptimuere sublatū in ceruices suas: mox dēpto metu lacerāt: neq; eos pudet vindices vti se ferūt libertatis tot viros: sine vno aut remittere īiuriā non audere: aut ius nō posse defēdere: mihi qdē satis spectatū est. Pōpeiū tātæ glīæ adolescētē malle principē volētib⁹ vobis esse: quā illis dn̄ationis, & sociū: autorēq; in primis fore tribunitiæ potestatis. Verū Quirites ātea singuli ciues ī plurib⁹, nō ī vno cūcti p̄sidia habebatis: neq; mortaliū quisquā dare, aut eripe talia vn⁹ poterat Itaq; verbor satis dictū ē: neq; ei ignorātia res claudit ver occupauit nescio qua vos torpedo: qa neq; glīa mouemini, neq; flagitio: cūctaq; p̄sertim ignauia mutastis abūde libertatē rati: qa tergis abstinet & huc ire licet: atq; illuc mūera ditiū dn̄or: atq; hec eadē nō sūt agrestib⁹, sed cedunt īter potentiū īimicitias: donoq; dant in puincias magistratib⁹: ita pugnat: & vincit a paucis plebs: quodcūq; accidit: pvicta ē: & ī dies magis erit. Siquidē maiore cura dn̄ationem illi retinuerint: q̄ vos repetiueritis libertatem,

Pōpei⁹ prosperū pspere pugnauit.

Mithridates a marco anthonio & alijs in cōiuncto perfectus est.

EPISTOLA CN. POMP. AD SENATVM.



SI aduersus vos, patriãq;, & deos penates toties labores, & pericula suscepissem: quoties a prima adolescētia ductu meo scelestissimi hostes fusi, & vobis salus quæsita est: nihil amplius in absentē me statuissetis: quā adhuc agitis. P. C. quē contra ætatem proiectū ad bellū sæuissimū cum exercitu optime merito, quantū est in vobis fame miserrima omniū & morte confecistis, hac in spe Populus romanus liberos suos ad bellū misit? Hæc sunt præmia pro vulneribus & toties ob remp. fuso sanguine? fessus scribendo, mittendoq; legatos, omneis opes, & spes priuatas meas consumpsi: cum interim a vobis per triennium vix annuus sumptus datus est: per deos immortales vtrum censetis me vicem ærarij præstare, an exercitum sine frumento: & stipēdio habere posse? Equidem fateor me ad hoc bellum maiore studio, quā cōsilio profectum, Quippe qui noīe mō imperij a vobis

Hec epistola pompeij ad senatū p stipendio et cōmeatu habendo scripta inducie plena est vt agnoscamus ab eo scriptā q magnifico & incorrupto aīo rē gerebat.

accepto, diebꝰ quadraginta exercitū parauí: hosteisq; in ceruicibꝰ iā italiæ agēteis ab * alpibus in Hispaniā summoui. per eas iter aliud, atq; Hannibal nobis oportunius patefeci: recepi Galliam, Pyreneū, Lacetaniā indigetis: & primū impetū Sertorij victoris: nouis q̄dem militibus, & multo pauciorībꝰ sustinui hyemēq; in castris inter sæuissimos hostes nō per oppida neq; ex ambitione mea egi. Quid deinde p̄lia, aut expeditiones hybernas: oppida excisa, aut recepta enumerē? Quādo Res plus valent, q̄ verba: castra hostiū apud Sucronē capta: & preliū apud flumen duriū, & Dux hostium. C. Herenniꝰ cū vrbe Valētia: & exercitu deleti satis clara vobis sunt: proq; his O grati p̄res egestatē, & famē redditis: itaq; meo, & hostiū exercitui par cōditio ē. nāq; stipendium neutri datur: victor vterq; in italiā venire pōt. Quod ego vos moneo, q̄so q; vt aiaduertatis: neu cogatis necessitatibꝰ priuatim mihi cōsulere. Hispaniā citeriorē, q̄ nō ab hostibꝰ tenet: nos, aut Sertoriꝰ ad internitionē vastauimꝰ, p̄ter maritimas ciuitates: q̄ vltro nobis sūptui, oneriq;, gallia supiore anno Metelli exercitū stipēdio, frumētoq; aluit: & nūc malis fructibꝰ ip̄a vix agitat. Ego non rē familiarē modo, verūetiam fidē cōsumpsi: reliqui vos estis, qui nisi subuenitis, inuito: & predicēte me exercitus hinc: & cum eo omne bellum Hispaniæ in Italiā transgredietur.

Hannibal per alpes traiecit in italiam.

* Alpes a niuiū cādore appellatas q̄dam existimant: sunt aūt alpes mōtes altissimi. qui Italiam a Gallia et germania dirimūtq; quas primus hānibal fecitq; antea tutā redderent Italiam.

Exhortatio.

REX MITHRIDATES REGI ARSACI S.

Hec epl'a mithrida= tis regis pōti ad arsace regez psaꝝ ē: nā vt seruius atesta oēs reges psa rū arsaces dicebātur Hācepl'az mithrida= tes dedis= se videtur ad tigranē regē arme nie fugere cogebatur dissimulat tñ adhuc tiozēz ege statē: vt fa cili⁹ arsacē ad societa tē belli cō tra roma= nos iucun dā alliciat cui⁹ ratio ostēdit ro= manos oiz regum ho stes dz in principio arsaci vti= le cū cōib⁹ armis oēs hostes p= pellere.

OMnes, qui secūdis rebus suis ad bellis societatē orant, cōsyderare debent: liceat ne tū pacē agere: deinde quod querit, satis ne pium, tutum, gloriosum, an indecorꝫ sit, ubi perpetua pace frui liceret nisi hostes oportuni, & scelestissimi egregia fama si romanos oppresseris: futura est: neqꝫ petere audeā societatem: & frustra mala mea cum bonis tuis misceri sperē: atqui ea q̄ te morari posse vident. Ita in Tigranē recentis belli: & meæ res parū pspere, si vera existimare voles: maxīe hortabūtur: Ille em̄ obnoxius, q̄lē tu voles: societatē accipiet. Mihi fortuna multis reb⁹ ereptis vsum dedit bn̄ suadēdi: & qd' florētib⁹ optabile est. Ego nō validissim⁹ prebeo exēplū, quo rectius tua cōponas. Nāqꝫ Romonis cū natiōib⁹. populis, regib⁹ cūctis, vna & ea vetus causa bellandi est cupido pfunda īperij, & diuitiaꝝ: qua primo cū rege macedonum Philippo bellū sumpsere: dū a Carthaginēsibus pmebāt: amicitiā simulātes ei subueniētē Anthio cū cōcessione Asie p dolū auertere: ac mox a Philippo Anthioch⁹ omni cis taurū agro, & .x. milib⁹ talētorū spoliat⁹ est. Persen deīde Philippi filiū post multa & varia certamina apud Samothracas deos acceptū ī fidē callidi, & repertores pfidiæ: q̄a pactovitē dederāt ī sōnijs occidere eū. En cui⁹ amicitiā gloriosæ ostētāt, ītio pdidere? Anthioco pacis mercede posthabita custodi agri captiui sumptib⁹, & cōtumelijs ex rege miserrimū seruoꝝ effecere: simulatoqꝫ ipio testamēto

filiū ei⁹ Aristonicū:q̄ patriū regnū petiuerat,hostiū more per triūphū duxere.Asia ab ipis obsessa ē.Postremo totā Bithiniā Nicomede mortuo diripuere:cū fili⁹ Nusa,quā regē appellauerat genitus haud dubie eēt:Nā qd ego me appellē?quē disiūctū vndiq̄ regnis &tetrarchijs ab īperio eorꝝ q̄a fama erat diuitē:ne q̄ seruiturū eē,per Nicomedē bello lacessiuerūt sceleris eorū haud ignarꝝ:& ea q̄ accidere testatum antea Cretenses soli oīm liberi ea tēpestate:& rex Ptolomeus atq̄ ego vltus iniurias Nicomedē Bithynia expuli Asiāq̄ spoliū regis Anthiochi recepi. Et Græciæ dēpsi graue seruitiū:īcœpta mea postrem⁹ seruorū Archelaus exercitu ꝓdito īpediuit.Illiq̄ quos ignauia, aut praua calliditas,vt meis laborib⁹ tuti essent,armis abstinuerūt:acerbissimas pœnas soluūt.Ptolome⁹ prętio diē belli ꝓlatās.Cretēses impugnati semel:iā neq̄ finē nisi excidio habituri.Eqdē cū mihi iporꝝ īter ea mala dilata ꝑlia magis,quā pacē datā intelligerē abnuēte Tigrane: q mea dicta* sero ꝓbat:te remoto ꝓcul oīb⁹ alijs obnoxijs:rurs⁹ tn̄ bellū cæpi.M.q̄ Cottā Romanū ducē apd' Calcedona terra fudi: mari exui classe pulcherrima apd' Cyzicū magno cū exercitu ī obsidione morāti frumētū defuit:nullo circū adnitēte,simul hyēs mari ꝓhibebat.Ita sine vi hostiū regredi coact⁹ī patriū regnū:naufragij apd' parꝝ,& Heracleam miliū optimos cū classibus amisi: restituto deinde apd' gaberā exercitu:& varijs inter me atq̄ Lucullū

de ptholomeo rege egypti.

de archelao.

de cretēsibus a romanis semel impugnatis.

* Sero ꝓprie significat tarde Seneca. Sero nos illo referat senectus Significat etiā sero aliquā do p⁹ ipsum oportunū.

Cotta consul a mitridate vict⁹. est apud calcedoniam.

